MARTINI BECANI,

E Societate Iesu,

PRIVILEGIA CAL-
VINISTARVM ITERVM
edita,

Quibus accessit,

SIMONIANI RITTINGIN-
doni, Ministri Britanni, de iisdem
Priuilegiis,

*ET EPISTOLA GVILIELMI DE
Pratis Pseudo-Iesuitæ, nuper aduer-
sus illa vulgata,*

IVDICIVM.

AD DAVIDEM PAREVM PRO-
fessorem Heidelbergensem.

MOGVNTIAE
Ex officina typographica Ioannis Albini.
Anno M. DCXII.

TYPOGRAPHUS

BENEVOLO

LECTORI SALUTEM plurimam.

Non existimaram fore, ut Priuilegia Caluinistarum aliter hac posteriore editione, ac priore, lucem aspicerent, adeo suis viribus tuta videbantur. Exierat quidē aduersus ea epistola quædam Guilielmi de Pratis Pseudo-Iesuitæ, verbis barbariem, sententiis meras scurrationes præferens. Sed vir eruditissimus P. Martinus Becanus, hominem, qui in re tam seria, nihil quod seriò responderet, habuerat, nullo serio responso dignabatur. Neq; verò eius stomachi erat conuitiis, sannis, dictis spurcidicis cum scurra certare. Hæreticorum est hæc armatura. Catholicæ Ecclesiæ imaginem sacræ lite-

Cyprian. de vnitate Ecclesiæ, c. 7.

ra Columbam faciunt, animal non felle amarum, non morsibus sæuum, non vnguium laceratione violentum. *Ergo, cùm à me, prope conuitio, huius libelli exempla flagitarentur, constitueram eum, ita vt erat, luci reddere. cùm ecce tibi, commodùm, affertur ad me ab vltima Britannia*, Epistola Simoniani Ministri, ad Dauidem Pareum, *qua homo Caluinianus suum suorumq; symmistarum, de scurrili illa epistola iudicium pluribus perscribit. Gauisus sum, fateor, cum P. Martini Becani, tum Dauidis Parei causâ. Illius quidem, quòd hominem esset nactus, qui aduersarium, qui cum parum decorum ipsi certamen futurum erat, suis armis peteret. Huius vero, quod eum indigni tali viro facinoris suspicione liberatum viderem. siquidem rumor fuerat, ipsum huius inconditæ prolis parentem esse. nata adeo primùm inde suspicio erat, quod Decanus Ecclesiæ Lichefeldensis ab eo in Britanniam transmissum esse, palam fateretur, quod in illa Epistola præcipuum est τῆς μωρολογίας caput:* Becam Hungaris

Præfatione in Duellum.

garis Ranam esse. *confirmata deinde est ab iis, qui ex Silesia nuntiabant, Pareum apud populares suos de hac stirpe gloriari. Sed nimirum Simoniano credamus, scurram de Oppenhaim epistolæ auctorem esse. habent similes labra lactucas. nomine, artis, quam factitat: cognomento, dicendi genus ostentat. Tu Lector, asta, vt hi Reformati fratres, cùm soli sunt, inter se depugnent, aspice. Vale.*

PRIVILEGIA

CALVINI-
STARVM.

EST hominum genus, qui in Germania *Caluinistæ*; in Bohemia *Picarditæ*; in Belgio, *Geusii*; in Anglia *Puritani*; in Gallia *Hugonotæ*, appellantur. Hi ergo, tametsi non ita pridem ebullierint (vt loquitur Augustinus de Pelagianis) multis tamen priuilegiis aucti ac donati sunt. Ex iis aliqua recensebo, & quid de singulis sentiam, breuiter explicabo. Sunt autem ferè hæc:

1. *Omnes Caluinistæ ex vtero materno nascuntur sancti & hæredes vitæ æternæ: ideoq; nec Baptismo, nec aliis Sacramentis indigent.*

2. *Omnes sunt sacerdotes, & quotidie offerunt Deo mundam & acceptabilem hostiam, in odorem suauitatis.*

3. *Omnes certi ac securi sunt de sua iustitia, sanctitate, perseuerantia, prædestinatione & vita æterna: ideoq; certi ac securi, quicquid tandem eueniat, perire se non posse.*

4. *Omnes per internam Spiritus S. suggestio-*

gestionem norunt discernere inter Scripturas Canonicas & non canonicas.

5. *Tametsi omnes antiqui Patres errarint, ipsi tamen non errant; quia non ab hominibus, sed à Deo docti sunt, qui errare nō potest.*

6. *Habent propriam ac peculiarem doctrinam è cœlo missam, quam reliqui Christiani hoc tempore non habent.*

7. *In ea defendenda possunt contrarias ac pugnantes sententias sequi, cùm lubet; & eandem nunc affirmare, mox negare.*

8. *Habent etiam proprium ac peculiare Purgatorium post hanc vitam.*

9. *Etiamsi quotidie enormiter peccent, & flagitiosè viuant, tamen peccata ipsis non imputantur.*

10. *Possunt igitur impunè mentiri & calumniari, suumq; Euangelium hoc modo propagare, & Catholicorum vitam ac doctrinam traducere.*

11. *Possunt etiā nō modò aduersarios, sed se mutuò quoq; cōuitiis & maledictis insectari, sine vllo salutis aut sanctitatis dispendio.*

12. *Possunt deniq; suos Reges ac Principes sæculares deponere, expellere, occidere, cùm ipsis visum est.*

13. *Et quod omnium maximum est, nulla lege, nec diuina, nec humana obligati sunt, sed ab omni iugo & subiectione immunes ac liberi.*

Hoc est quasi Compendium Priuilegiorũ, quibus hoc tempore gaudent Caluinistæ præ cæteris in Europa Christianis. Nunc singula seorsim discutienda sunt, eo potissimum fine, vt quæ legitima ac genuina sunt, retineantur; quæ spuria vel subreptitia, rescindantur.

I. PRIVILEGIVM.

Omnes Caluinistæ ex vtero materno nascuntur sancti & hæredes vitæ æternæ, ideoq; nec baptismo, nec aliis Sacramentis egent.

1. Ita Caluinus in Antidoto Concilii Tridentini Ses.6.cap.5. cum ait; *Verum infantes à regno Dei arcere libuit, qui ante erepti sunt ex hac vita, quam offerri ad baptismum potuerint, Quasi vero de nihilo dictum sit, eos nasci sanctos, qui ex fidelibus nascuntur. Imo quo iure ad baptismum eos admittimus, nisi quod promißionis sunt hæredes? Nisi enim ante ad eos pertineret vitæ promißio, baptismum profanaret, quisquis illis daret. Quod si Deus in regnum suum eos adoptauit, quanta iniuria fit promißioni, quasi per se,* sine

ſine baptiſmo, *ad eorum ſalutem non ſuffiƒceret.* Et ibidem paulò poſt: *Incluſa est infantium ſalus in promiſsione, qua Deus fidelibus teſtatur, ſe fore illis & ſemini eorum in Deum. Hac ratione ſibi naſci pronuntiabat, qui ex Abraham ducebant originem. Huius promiſsionis beneficio recipiuntur ad baptiſmum, quia cenſentur Eccleſiæ membra, Non à baptiſmo igitur initium habet eorum ſalus, ſed quæ iam in verbo fundata erat, baptiſmo obſignatur.* Et lib. 4. Inſtitutio. cap. 6. ¶. 24. *Infans à matris vtero, in fœdere*, id eſt, promiſsione vitæ æternæ, *continetur.* Et ibidem: *Filiorum, haud dubiè, loco habet eorum filios, quorum ſemini in Patrem ſe fore pollicitus eſt.*

2. Ex his & aliis Caluini verbis, quæ ibidem habentur, colligi poſſunt hæc puncta. Primò, *ILLAM* promiſsionem, quæ Abrahæ facta eſt, Gen. 17. 7. *Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te*; pertinere ad omnes parentes fideles, & eorum filios. 2. *ITAQVE* omnes filios fidelium, vi illius promiſsionis eſſe ſanctos, filios Dei, & hæredes vitæ æternæ, nec poſſe vnquam perire. 3. *QVAMVIS* ergo moriantur ſine baptiſmo, nihilominus ſaluari, vi promiſſionis. 4. *NON* enim baptiſmum inſtitutum eſſe, vt infantes per illum efficiantur ſancti, ſed vt eorum ſanctitas obſignetur;

tur; cùm Baptiſmus nihil aliud ſit, quàm publicum ſigillum, quo Eccleſia teſtatur, filios fidelium ſanctos eſſe, & in fœdere promiſsionis contineri. 5. *VNDE* ſicut olim filii Abrahæ obſignabantur ſigillo circumciſionis; ita nunc filios fidelium ſigillo Baptiſmi obſignari. 6. *ET* ſicut olim non circumcidebantur filii infidelium, eo quod in fœdere promiſsionis non continerentur; ita nunc filios infidelium non debere admitti ad Baptiſmum, quia à promiſsionis fœdere excluſi ſunt. *DENIQVE,* ſicut ſigillum Regis cenſetur profanari, quando falſæ ſcripturæ vel epiſtolæ appenditur, ita meritò profanari baptiſmum, quando cõfertur iis, qui promiſsionem Dei non habent, cuiuſmodi ſunt omnes infideles.

3. Ex dictis ſic concludo: Omnes filii fidelium ab vtero materno naſcuntur ſancti, filii Dei, membra Eccleſiæ, hæredes vitę æternæ, & ſine baptiſmo ſaluari poſſunt: At omnes filii Caluiniſtarũ ſunt filii fidelium. Ergo omnes filii Caluiniſtarum ab vtero materno naſcuntur ſancti, filii Dei, membra Eccleſiæ, hæredes vitæ æternæ, & ſine baptiſmo ſaluari poſſunt. Maior eſt Caluini, quæ negari non debet. Minorem concedunt Caluiniſtæ. Sequitur ergo priuilegiata concluſio.

EXA-

EXAMEN

4. Hoc priuilegium planè fictitium eſt, nec vllum in Scripturis fundamentum habet. Imò ex ſcripturis manifeſtè refelli poteſt. Hoc probo ex tribus principiis. *Primum* eſt, quod omnes infantes, tam fidelium, quàm infidelium, naſcantur in peccato originali. *Alterum*, quod ratione peccati originalis ſint filii mortis, iræ, & damnationis. *Tertium*, quòd non poſsint effici filii Dei, niſi renaſcantur in Deo per Baptiſmum. Singula explicanda ſunt.

5. *PRIMVM* ergo eſt, omnes infantes, tam fidelium, quàm infideliũ, naſci in peccato originali. Hoc olim in Eccleſia definitum eſt contra Pelagianos. Et apertè conuincitur ex Scripturis. Pſal. 50. 7. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Rom. 5. 12. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors.* Eph. 2. 3. *Eramus & nos natura filii iræ, ſicut & cæteri.* Neque Caluinus id negat, loquitur lib. 2. Inſtit. cap. 1. ¶. 6. *Audimus ita in filios tranſmitti parentum immunditiem, vt omnes citra vllam exceptionem ſua origine ſint inquinati.*

6. *ALTERVM* eſt, omnes infantes ratione peccati originalis, in quo cõcipiuntur &na-

& nascuntur, esse filios mortis, iræ, & damnationis. Hoc tradit Apostolus Rom. 5. 12. Ephes. 2. 3. Et fatetur Caluinus lib. 2. Instit. cap. 1. ¶. 6. his verbis: *Adam vniuersum semen suum, ea, in quam lapsus erat, vitiositate infecit. Nec verò aliter staret illud Pauli, naturâ omnes esse iræ filios, nisi iam in ipso vtero maledicti essent.* Et ¶. 8. *Peccatum originale facit reos iræ Dei.* Et infra: *Atq; adeo infantes quoq; ipsi suā secum damnationem à matris vtero adferunt.*

7. *TERTIVM* est, eos, qui nati sunt in peccato originali, non posse saluari aut effici filios Dei, nisi renascantur in Deo per baptismum. Hoc tradit Christus, Ioan. 3. 3. *Nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.* Et infra: *Oportet vos nasci denuò.* Quare denuò? Causam addit, *quia quod natum est ex carne, caro est*, q. d. Qui nascuntur ex parentibus per carnalem generationem, nascuntur filii iræ & corruptionis; nec possunt saluari, nisi renascantur ex Deo per Baptismum. Hinc D. Augustinus lib. 3. de anima & eius origine, cap. 9. *Noli*, inquit, *credere, noli dicere, noli docere, infantes, antequā baptizentur, morte præuentos, peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus.* Et Epist. 28. ad Hieronymum: *Quisquis dixerit, quod in Christo viuificabuntur*

buntur etiam paruuli, qui ſine ſacramenti eius participatione de vita exeunt: hic profectò & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam, vbi propterea cum baptizandis paruulis feſtinatur & curritur, quia ſine dubio creditur, alias in Chriſto viuificari non poſſe. Conſentit Caluinus lib. 2. Inſtitut. cap. 1. ¶.6. in fine, cùm ait: *Satis clarè pronuntiat Chriſtus omnes prauos & vitioſos naſci, vbi docet, quidquid genitum eſt ex carne, carnem eſſe: ideoque omnibus clauſam eſſe vitæ ianuam, donec regeniti fuerint.*

8. Ex his principiis ſic concludo: Quicunque naſcuntur in peccato originali, naſcuntur filii mortis, iræ, & damnationis; nec poſſunt ſaluari, aut in Chriſto viuificari ſine baptiſmo; & qui aliter ſentit, venit contra Apoſtolicam prædicationem, & condemnat totam Eccleſiam. (Hæc omnia concedit Caluinus.) At omnes Caluiniſtæ naſcuntur in peccato originali (q; etiam concedit Caluinus.) Ergo omnes Calniniſtæ naſcuntur filii mortis, iræ, & damnationis, nec poſſunt ſaluari, aut in Chriſto viuificari ſine baptiſmo; & qui aliter ſentit, venit contra Apoſtolicam prædicationem, & condemnat totam Eccleſiam. Hinc vlterius infero: Ergo priuilegium Caluiniſtarum, quo aiunt, ſe ex vtero ma-

ro materno nasci filios Dei, & hæredes vitæ æternæ, ac sine baptismo saluari posse, non modò subreptitium, sed etiam scripturæ Apostolicæ prædicationi, toti Ecclesiæ, atque adeò ipsi Caluino contrarium est.

9. Nec obstat promissio Abrahæ facta. Imò ex illa ipsa promissione sumo tria argumenta contra Caluinistas. *Primum* est tale: Promissio, quæ Abrahæ à Deo facta est, dupliciter potest explicari. 1. in sensu litterali. 2. in sensu mystico. Si explicetur in literali, nihil ad rem Caluini facit. Non enim Deus secundùm literam promisit Abrahæ & semini eius vitam æternam, sed possessionem terræ Chanaan. Verba promissionis sunt hęc: *Dabo tibi & semini tuo terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanaan in possessionem æternam.* Si autem explicetur in sensu mystico, tunc quidem potest intelligi de vita æterna: nõ tamen descendit ad filios per carnalem generationẽ ex parentibus fidelibus, vt falsò interpretatur Caluinus, sed per fidem in Christum. Hoc docet Apostolus ad Rom. 4. & 9. & ad Gal. 3. & 4. vbi disertè explicat, eos esse filios Abrahæ secundùm promissionem vitæ æternæ, non qui sunt filii carnis, sed qui sunt filii fidei, id est, qui imitantur fidem Abrahæ. Sic enim loquitur ad Galat. 3.7. *Cognoscite, quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ.*

Et ibidem v.9. *Qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.* Tunc ergo secundùm Apostolum, incipimus esse filii Abrahæ, vi promissionis, cùm incipimus esse fideles. At infantes non incipiunt esse fideles ab vtero materno, sed in baptismo. *Illis enim baptizari, est credere*, vt loquitur Augustinus lib. 1. de peccat. meritis & remiss. cap. 27. Ergo infantes non nascuntur sancti ab vtero materno, sed efficiuntur sancti, quando per baptismum regenerantur, vt supra ex Euangelio dictum est.

10. *Alterum* argumentum: Post promissionem Abrahæ factam, Iacob & Esau ex parentibus fidelibus nati sunt: Et tamen Esau ab vtero materno non fuit sanctus & hæres vitæ æternæ. Ergo non omnes filii fidelium, vi illius promissionis, ab vtero materno nascuntur sancti & hæredes vitæ æternæ. Minor patet ex illo Rom. 9.13. *Iacob dilexi; Esau autem odio habui.* Et Heb. 12.16. *Ne quis fornicator, aut profanus, vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua: scitote enim, quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisiisset eam.* Vide Caluinum lib. 3. Instit. c. 3. ¶. 25. vbi idem fatetur.

11. *Tertium* argumentum: Si propter

promis-

promiſsionem Abrahæ factam, omnes filii fidelium naſcuntur ſancti & hæredes vitæ æternæ; planè ſequitur, omnes Iudæos naſci ſanctos & hæredes vitæ æternæ: Hoc falſum: Ergo & illud. Maioris ſequela probatur, quia omnes Iudæi naſcuntur ex XII. Patriarchis, filiis Iacob. At XII. Patriarchæ fuerunt fideles. Ergo proximi illorum filii fuerunt ſancti ab vtero materno: Ergo & horum filii; & ſic deinceps. Quomodo ergo reprobati ſunt? quomodo excluſi ab Euangelio? quomodo exciſi à radice? quomodo gentiles in eorum locum ſuffecti?

12. *Concludo:* Caluiniſtas fingere ſibi priuilegium, quod nuſquam eſt, & in ea re ſimiles eſſe Iudæis in Euangelio. Cùm enim Christus, Ioan. 8. identidem illis obiectaret hæc verba: *Moriemini in peccatis veſtris, ſi non credideritis, quia ego ſum*: reſponderunt: *Nos ſemen Abrahæ ſumus: Pater noſter Abraham eſt.* Quaſi dicerent: Omnes filii Abrahæ ab vtero materno ſancti ſunt: Nos ſumus filii Abrahæ: Ergo ab vtero materno ſancti ſumus: Quomodo ergo tu dicis, in peccatis nos morituros? Planè ſic agunt Caluiniſtæ. Sed quid Chriſtus: *Vos ex patre Diabolo eſtis*, inquit. Non enim, vt ſupra dixi ex Apoſtolo, *qui filii carnis, hi ſunt filii Dei: ſed qui filii ſunt promiſsionis, æſtimantur in ſemine*, Rom. 9. 8.

II. PRI-

II. PRIVILEGIVM.

OMnes Caluiniſtæ ſunt ſacerdotes à Deo ſanctificati, & quotidie offerunt Deo mundam & acceptabilem hoſtiam, in odorem ſuauitatis.

1. Hoc probat Caluinus ex illo 1. Petri 2. 5. *Et ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini, domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum offerre ſpirituales hoſtias.* Et infra v. 9. *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis.* Sic enim ſcribit in commentario illius loci; *Hæc ſingularis eſt dignatio, quod Deus non modo nos ſibi in templum conſecrat, in quo habitet ac colatur; ſed vult ſimul eſſe ſacerdotes.* Et infra; *Vnde melius apparet, quàm incomparabilis ſit erga nos Dei bonitas, qui nos ſanctificat, & ſacerdotii honorem confert.* Igitur hoc priuilegium, ſecundum Caluinum, conſiſtit in eo, quod Deus ſingulari quadam dignatione, & ex incomparabili erga Caluiniſtas bonitate, voluerit eos præ aliis ſanctificare, & honorem ſacerdotii conferre. *Non fecit taliter omni nationi.*

2. Sed quæ est illa munda & acceptabilis hostia, quam Deo offerunt hi sancti Sacerdotes? Aiunt esse illam, de qua prædixit Malachias cap. 1, 11. *In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Quæ autem hæc est? Caluinus lib. 4. instit. cap. 18. §. 4. & 16. dicit esse preces, laudes, gratiarum actiones, & generatim omnia bona opera, quæ ad Dei cultum exercentur. Idem scribunt Dauid Paræus in commentario capitis 13. epistolæ ad Hebræos, Philippus Plesseus lib. 3. de Eucharistia cap. 1. & alii eiusdem farinæ sacerdotes.

EXAMEN.

3. Circa hoc priuilegium oritur mihi duplex quæstio. *VNA* est, quomodo Caluinistæ possint vocari sacerdotes sancti? Ratio dubitandi sumitur ex Caluino, qui de se & sui similibus ita loquitur, lib. 2. instit. cap. 1. §. 8. *Omnibus naturæ nostræ partibus vitiati ac peruersi sumus.* Et infra: *Ob talem duntaxat corruptionem damnati merito, conuictique coram Deo tenemur.* Et §. 9. *Quamobrem dixi, cunctas animæ partes à peccato esse possessas.* Et ibidem, *Nihil* in nobis *à mortifera tabe purum est, aut sincerum.* Hæc si vera sunt, non video, quomodo Caluinistæ possint esse sacerdotes sancti. Nisi quis dicat,

dicat, ſimul eſſe ſanctos, & vitiatos: ſimul ſanctos, & peruerſos: Simul ſanctos, & à peccato poſſeſſos. Sed quis capit hoc myſterium?

4. *ALTERA* quæſtio eſt, quomodo opera Caluiniſtarum poſſint eſſe vel appellari hoſtia munda, & Deo acceptabilis? Hic ſcrupulus oritur etiam ex Caluino, qui de operibus Caluiniſtarum ſic loquitur, in Antidoto Concilii Tridentini ſeſſ. 6. cap. 16. *Vitioſitas, quæ in nobis inhæret, deformat coram Deo, quicquid à nobis operum prodit.* Et lib. 3. inſt. cap. 12. §. 4. *Omnia noſtra opera nihil ſunt, niſi inquinamenta & ſordes: Et quæ iuſtitia vulgo habetur, ea apud Deum mera eſt iniquitas.* Et cap. 15. §. 3. *Nihil ab homine exit, quantumuis perfecto, quod non ſit aliqua macula inquinatum.* Si ergo opera Caluiniſtarum ſunt inquinamenta, ſordes, & mera iniquitas coram Deo, quis credat eſſe oblationem mundam, & acceptabilem Deo? *Domine adauge nobis fidem,* Sed vt video, priuilegium hoc eſt.

5. *VNVM* miror, Caluiniſtas partim tam impudentes, partim in Catholicos tam iniquos eſſe, vt illud vaticinium Malachiæ, *In omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda,* affirment intelligi oportere de iis operibus, quæ iudicio Caluini ſunt meræ ſordes & inquinamenta; negent,

 in-

intelligi posse de mundissimo sacrificio corporis & sanguinis Christi, quod quotidie in Ecclesia Deo offertur; de quo tamen intellexerunt antiquissimi Patres. Sic enim scribit Irenæus lib. 4. cap. 22. *Panem accepit, & gratias egit, dicens; Hoc est corpus meum. Et calicem similiter suum sanguinem confessus est; & novi Testamenti nouam docuit oblationem. Quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, offert Deo in vniuerso mundo: de qua & in duodecim Prophetis Malachias sic præsignificauit, In omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda* &c. Similia habent Tertullianus, Eusebius Cæsariensis, Chrysostomus, Augustinus & alii.

III. PRIVILEGIVM.

OMnes Caluinistæ certi sunt de sua iustitia, sanctitate, perseuerantia, prædestinatione, & vita æterna; ideoque certi ac securi, quicquid tandem eueniat, perire se non posse:

1. Ita Caluinus in Antidoto Concilii Tridentini seſſ.6. cap. 10. *Certo ſtatuimus nobis remiſſa eſſe peccata, in eaque certitudine acquieſcimus*. Et ibidem, *Non mirum eſt ſi hæc, quam Spiritus Dei piorum* (Caluiniſtarum) *cordibus obſignat, certitudo, Sophiſtis ignota eſt*. Per Sophiſtas intelligit Patres Concilii Tridentini, in quos paulo poſt inuehitur his verbis; *Et cuius obſecro, improbitatis eſt, id aſſerere, Nemo ſcire fidei certitudine poteſt, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum?* Et cap. 13. *quicūq; ſunt filii Dei, inter media pericula tutos ſe eſſe nō dubitent: imo, periculis infinitis obſeſſi, ſuam ſalutem extra periculum eſſe confidant*. Et cap. 15. *Suæ electionis certos eſſe conuenit vniuerſos fideles*. Et lib. 3. inſt. cap. 2. §16. *Verè fidelis non eſt niſi qui confidenter ſe regni cœleſtis hæredem gloriatur*. Et David Paræus in Prolegomenis ad Oſeam Prophetam; *Spiritus ſanctus intus conteſtatur ſpiritui noſtro, de noſtra ipſorum conuerſione, iuſtificatione, electione*.

2. Hoc priuilegium non intelligitur de certitudine morali, quam etiam nos poſſumus in hac vita habere de noſtra iuſtitia & ſanctitate; ſed de certitudine fidei, quam Caluiniſtæ præ nobis gloriantur ſe habere, vt ex verbis Caluini perſpicuum eſt. Habet autem tres partes. *PRIMA* eſt, quod Caluiniſtæ habeant certitudinem fidei de ſua iu-

ſtitia, ſanctitate & remiſſione peccatorum. *ALTERA*, quod habeant certitudinem fidei de ſua perſeuerantia. *TERTIA*, quod eandem habeant ſe ſua prædeſtinatione, & vita æterna.

3. Nititur autem quatuor fundamentis. *PRIMVM* eſt, fidem non dari, niſi ſolis prædeſtinatis, ex Caluino lib. 3. inſt. cap. 22. §. 10. *ALTERVM*, fidem ſemel habitam nunquam amitti, ex Caluino lib. 3. cap, 2. §. 12. & cap. 21. §. 6. *TERTIVM*, ſola fide hominem iuſtificari, ex Caluino lib. 3. cap. 11. §. 19. *QVARTVM*, qui fidem habet, certum eſſe de ſua fide, ex Apoſtolo 2. Cor. 13. 5. *Voſmetipſos tẽtate, ſi eſtis in fide*. Hinc ſequitur ſi is, qui fidem habet, certus eſt, de ſua fide, certum quoq; eſſe de ſua iuſtitia, quia ſola fides iuſtifica: certum de ſua perſeuerentia, quia fides non amittitur: certum de ſua prędeſtinatione, quia fides non datur, niſi prædeſtinatis.

Examen.

4. Hoc priuilegium, nec in veteri, nec in nouo Teſtamento, nec in Auguſtino potui inuenire. Tametſi enim ex iis facile intelligam, nos habere poſſe certitudinem quandam moralem de noſtra iuſtitia & prædeſtinatione; non tamen quicquam reperio de certitudine fidei, cui nullus error aut falſitas

tas ſubeſſe poteſt. *NAM* in veteri Teſtamento ſic legimus, Eccleſiaſtæ 9.1. *Neſcit homo, vtrum odio, an amore dignus ſit; ſed omnia in futurum ſeruantur incerta.* Et Eccleſiaſtici 5.5. *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Et Pſal. 2. 11. *Seruite Domino in timore.* Cauſam addit: *Ne quando iraſcatur Dominus & pereatis de via iuſta.* IN nouo ſic, Rom. 11. 20. *Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time.* Et ad Philip. 2.12. *Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini.* Et Apoc. 3.11. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.*

5. His conſentit Auguſtinus, in lib. de correptione & gratia, cap. 13. cum ait, *Omnes, etiam qui bene currunt, timeant, dum occultum eſt, quo perueniant.* Et ibidem, *Quis enim ex multitudine fideliũ, quamdiu in hac mortalitate viuitur, in numero prædeſtinatorum ſe eſſe præſumat?* Et homilia 35. *Quamdiu viuimus hic, de nobis ipſis nos ipſi iudicare non poſſumus: non dico, quid cras erimus, ſed quid hodie ſimus.* Et ſerm. 16. de verbis Apoſtoli, *Et erit quiſquam noſtrum, qui audeat dicere, iuſtus ſum?* Notent hoc Caluiniſtæ.

6 *Et* ratio eſt efficax. Nam inter certitudinem fidei & moralem hoc intereſt, quod moralis nitatur quibuſdam ſignis, aut argumentis, quæ quidem efficiant hominem

ita certum, vt moraliter putet ſe non errare, tametſi re ipſa aliquando erret. Poteſt enim huic certitudini aliquando ſubeſſe falſum, vt fatetur Caluinus lib. 3. inſt. cap. 2. §. 10. *Tot*, inquit, *vanitatis receſſus habet, tot mendacii latebris ſcatet cor humanum, tam fraudulenta hypocryſi tectum eſt, vt ſeipſum ſæpe fallat.* Et §. 11. *Experientia oſtendit, reprobos interdum ſimili ferè ſenſu, atque electos, affici, vt ne ſuo quidem iudicio quicquam ab electis differant.* At certitudo fidei omnino eſt infallibilis, quia nititur diuina veritate cui falſum ſubeſſe non poteſt. Tunc ergo dicitur aliquis habere certitudinem fidei de aliqua re, quando rem illam immediate cognoſcit per reuelationem Dei; quo pacto cognoſcimus omnia, quæ in Scripturis à Deo reuelata ſunt. At non ſinguli fideles habent reuelationem Dei de ſua iuſtitia, perſeuerantia & vita æterna: non enim ſingulis dicitur, quod dictum eſt Magdalenæ, Lucæ 7. 48. *Remittuntur tibi peccata tua*: aut quod latroni, Lucæ 23. 43. *Hodie mecum eris in paradiſo.* Non ergo ſinguli habent certitudinem fidei, quam Magdalena & latro habuerunt.

7. Porro fundamenta, quibus nititur Caluiniſtarum priuilegium, fictitia ſunt. *PRIMVM* eſt, fidem non dari niſi prædeſtinatis. Falſum eſt. Iudas proditor, Simon

& Nicolaus Antiochenus, nō fuerunt prædestinati, ſed reprobi; & tamen fidem habuerunt. De Iuda teſtatur D. Hieronymus lib. 3. contra Pelagianos, & probat ex illis Chriſti verbis Ioan. 17. 12. *Pater quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nemo ex eis periit, niſi filius perditionis.* Nam ſi Pater dedit illum Filio, certè bonus tunc erat; Et ſi poſtea periit ex grege, certè antequam periret, in Chriſti grege numerabatur. De Simone Mago, teſtatur S. Lucas, Act. 8. 2. *Cum verò credidiſſent Philippo euãgelizanti, tunc Simon & ipſe credidit; & cum baptizatus eſſet, adhærebat Philippo.* De Nicolao Antiocheno ſcribit idem Lucas, Act. 6. 3. *Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia*, Ex iis autem ſeptem, vnus erat Nicolaus Antiochenus.

8. *ALTERVM* eſt, fidem nunquam amitti. Et hoc falſum. Nam Apoſtolus diſerte ait, 1. Timoth. 1. 19. *Quidam circa fidem naufragauerunt, ex quibus eſt Hymenæus & Alexander.* Et cap. 4. 1. *In nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide.* Et ſane ſi fides amitti non poteſt, vnde tot ſunt in mundo hæretici? Cur dixit Paulus, Rom. 11. 20. *Tu autem fide ſtas: noli altum ſapere, ſed time?*

9. *TERTIVM* eſt, ſola fide hominem iu-

ſtificari. Non ita eſt. Scriptura non minus requirit timorem, ſpem, charitatem & pœnitentiam ab eo, qui vult iuſtificari, quam fidem, Eccleſiaſtici 1. 28. *Qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari.* Et Prouerb. 28. 25. *Qui ſperat in Domino, ſanabitur.* Et 1. Ioan. 3.14. *Qui non diligit, manet in morte.* Et Lucæ 7. 47. *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum.* Et Act. 3.19. *Pœnitemini & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra.* Vnde Auguſtinus lib. 15. de Trinitate cap. 18. *Ipſam fidem non facit vtilem, niſi charitas. Sine charitate quippe fides poteſt quidem eſſe, ſed non prodeſſe.* Et hoc probat ex illo Apoſtoli ad Galatas 5. 6. *In Chriſto Ieſu, neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur.* Non dixit, *ſola fides*, ſed *fides cum operibus ex charitate factis.* Vnde idem Auguſtinus in Enchiridio cap. 8. *Sine amore fides nihil prodeſt.*

10. *QVARTVM* eſt, qui fidem habet, certum eſſe de ſua fide. Hoc, ſiue verum, ſiue falſum ſit, nihil patrocinatur Caluiniſtis. Nam etſi is, qui fidem habet, certus eſſet de ſua fide, non ideo quoque certus eſſet de ſua iuſtitia, ſi ſola fides non iuſtificat: nec certus de perſeuerantia, ſi fides amitti poteſt: nec certus de prædeſtinatione, ſi fides communis eſt prædeſtinatis & reprobris.

At

At iam ostendi, solam fidem non iustificare, fidem amitti posse, nec solis prædestinatis, sed etiam reprobis conuenire. *ADDO*, falsum esse, vnumquemque fidelem habere certitudinem fidei de sua fide. Non enim dicitur vnicunque à Deo, quod dictum est mulieri in Euangelio: *O mulier, magna est fides tua.* Et iterum, *Fides tua te saluam fecit: Vade in pace.* Negandum tamen non est, posse nos habere certitudinem quandam moralem, de nostra fide, fundatam in experientia vitali. Sicut enim is, qui gaudet vel tristatur, experitur se gaudere: sic is, qui credit, experitur se credere. Hoc sensu dixit Augustinus lib. 13. de Trinitate cap. 1. *Fidem porro ipsam, quam videt quisque in corde suo esse, si credit, vel non esse, si non credit, aliter nouimus.* Et D. Thomas 1.p.87.art.2.ad 1. *Fides percipitur ab eo, in quo est, per interiorem actum cordis. Nullus enim fidem se habere scit, nisi per hoc, quod se credere percipit.*

IV. PRIVILEGIVM.

Omnes Caluinistæ per internam Spiritus S. testificatio-

tionem, norunt discernere inter Scripturas canonicas & non canonicas: ideoque in hac re non egent iudice controuersiarum.

I. ITa Dauid Paræus in Disputatione de auctoritate scripturarum, vbi proponit & discutit hanc quæstionem; *vnde constat, doctrinam Prophetarũ & Apostolorum esse diuinam & canonicam?* Et reiectis aliorum opinionibus, dicit id constare ex interna testificatione Spiritus sancti. Sic enim habet: *Spiritus sanctus testificatur in cordibus electorum, de huius doctrinæ veritate & certitudine. Filii siquidem Dei, legentes vel audientes libros Prophetarũ vel Apostolorum, audiunt & agnoscunt loquelam Patris sui, & discernunt eam ab aliis.*

2 Hoc priuilegium sic debet explicari. *PRIMO*, omnes Caluinistæ sunt filii Dei. Hoc patet ex priuilegiis præcedentibus. Omnes enim ab vtero materno nascuntur sancti, & hæredes vitæ æternæ. Omnes certi sunt de sua iustitia, perseuerantia & prædestinatione. Omnes igitur sunt filii Dei. *SECVNDO*, Filii Dei audiunt & agno-

agnoſcunt loquelam Patris ſui, & eam diſcernunt ab aliorum loquela; ſicut oues agnoſcunt vocem paſtoris ſui, & eam diſcernunt à voce aliorum, iuxta illud Ioan. 10. 27. *Oues meæ vocem meam audiunt.* *TERTIO*, in Scripturis canonicis auditur vox & loquela Dei Patris; in aliis non item. Igitur filii Dei, qui agnoſcunt loquelam ſui Patris, eamq́; ab aliorum loquela norunt diſcernere, norunt etiam diſcernere inter Scripturas canonicas & non canonicas. At Caluiniſtæ ſunt filii Dei, de quo nemo dubitat. Igitur diſcernunt inter Scripturas canonicas & non canonicas. Non ergo neceſſe eſt, vt in hac re habeant Iudicem controuerſiarum; quia ipſi per ſe, omnes controuerſias ſopire poſſunt.

EXAMEN.

3. Valdè mihi ſuſpectum hoc priuilegium eſt. *PRIMO*, quia, vt dixi, fundatur in præcedentibus priuilegiis, quæ planè ſubreptitia ſunt, vt oſtenſum eſt. Non enim certi ſunt Caluiniſtæ, ſe eſſe filios Dei, & oues veri paſtoris. Imo figmentum eſt, quod iactant ſe ſanctos naſci ab vtero materno. *SECVNDO*, quia malè interpretantur illud Chriſti; *Oues meæ vocem meam audiunt.* Non enim eſt hic ſenſus, quem illi comminiſcuntur, *Oues meæ vocem meam audiunt.*

audiunt, id eſt, diſcernunt inter Scripturas canonicas & non canonicas (nam Phariſæi, qui non erant oues Chriſti, optimè diſcernebant inter Scripturas canonicas veteris Teſtamenti, & non canonicas: Et multi alii, qui erant oues, non diſcernebant, ſed hic potius eſt ſenſus: *Oues meæ vocẽ meam audiunt*: id eſt, auditis meis concionibus, & viſis tot miraculis à me patratis, credunt me eſſe Filium Dei, quod Phariſæi credere non volunt. *TERTIO*, quia Caluiniſtæ negant, Tobiam, Iudith, Sapientiam, Eccleſiaſticum, & Machabæos, pertinere ad Scripturas canonicas; quod tamen affirmant Iſid. lib. 6. Etymol. c. 1. Auguſt. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, c. 8. Gelaſius 1. in decreto de libris ſacris, quod extat in 2. tomo Conciliorum, Innocentius 1. in epiſt. 3. ad Exuperium c. vlt. & Patres Concilii Carthaginenſis tertii, can. 47. Ergo neceſſe eſt, vel hos, vel Caluiniſtas errare in diſcernendis Scripturis canonicis à non canonicis. Si ergo filii Dei in eo puncto non errant; iterũ neceſſe eſt, vel hos Patres, vel certè Caluiniſtas non eſſe filios Dei. Quis autem neget, Auguſtinum, Iſidorum & ſimiles viros ſanctiſſimos, fuiſſe filios Dei? Si ergo hoc negari non poteſt, alterutrum è duobus dicendum eſt, vel Caluiniſtas non eſſe filios Dei; vel falſum eſſe, quòd omnes filii Dei

norint diſcernere inter ſcripturas canonicas & non canonicas.

4 *IDEM* argumentum fieri poteſt de ipſis Caluiniſtis inter ſe collatis. Nam *BEZA*, qui eſt vnus ex Patriarchis Caluiniſtarum, putat caput octauum Ioannis, in quo agitur de adultera, non eſſe Scripturam canonicam. *ALII* Caluiniſtæ contra ſentiũt, Si ergo omnes filii Dei norunt diſcernere inter canonicas & non canonicas Scripturas; planè ſequitur, vel Bezam non eſſe filium Dei, vel certè alios Caluiniſtas non eſſe. Hanc litem inter ſe componant. Et quid quæſo dicent de Lutheranis, quos appellant ſuos fratres? Norunt illi diſcernere, nec ne? Si norunt, cur reiiciunt Epiſtolam Iacobi, vt ſtramineam, quam admittunt Caluiniſtæ, vt canonicam? Si non norunt, iam non ſunt oues, ſed hirci. An ergo Caluiniſtæ agnoſcunt hircos pro ſuis fratribus?

5 *ACCEDIT* poſtremo, quod non poſſint tueri ſuum priuilegium ſine circulo. Hoc alibi prolixè oſtendi contra Dauidem Paræum. Nunc breuiter ſic repeto: Vnde cõſtat tibi, Paræe, Scripturam Euangelii eſſe diuinam, & loquelam Dei Patris? Ex interna teſtificatione Spiritus S. Sed vnde conſtat, illam teſtificationem eſſe à Spiritu S.? Ex ſcriptura Euangelii, *Oues meæ*

vocem

vocem meam audiunt. At vnde ſcis, hanc ſcripturam eſſe diuinã? Ex interna teſtificatione Spiritus ſancti. Et vnde ſcis hanc teſtificationem eſſe à Spiritu ſancto? Ex ſcriptura diuina, *Oues meæ vocẽ meam audiunt.* Et quis dixit tibi, hanc ſcripturam eſſe diuinam? Interna teſtificatio Spiritus ſancti. Et quis dicit hanc teſtificationem eſſe a Spiritu ſancto? Scriptura diuina, iam ſæpè citata. Et putas hanc ſcripturã diuinam eſſe? Omnino. Sed vnde ſcis? Iam ſæpè dixi: quid mihi moleſtus es? Dixiſti quidẽ, ſed in circulo. Nec inde exibis, niſi reſtituas priuilegium.

V. PRIVILEGIVM.

Tametſi omnes antiqui Patres errarint, Caluiniſtæ tamen non errant; quia non ab hominibus, ſed à Deo docti ſunt, qui errare non poteſt.

1. HOc priuilegium habet duas partes. *VNA* eſt, quod antiqui Patres in pleriſque capitibus fidei ac religionis Chriſtianæ errarint. *ALTERA*, quod Caluiniſtæ, cum ſint à Deo docti, non errent.

Priorem

Priorem tradit Caluinus variis locis. Ait enim, antiquos Patres ſeu primitiuam Eccleſiam erraſſe in his punctis ſequentibus:

2. *PRIMO*, de lib. arbitr. lib. 2. Inſtitut. cap. 2. §. 4. *Inter ſcriptores*, inquit, *Eccleſiaſticos, multi eorum longè plus æquo Philoſophis acceſſerunt, &c.*

Et infra: *Certè quas retulimus ſententias* (antiquorum Patrum de libero arbitrio) *eſſe falſiſſimas paulò poſt conſtabit.*

3. *SECVNDO*, de cooperatione liberi arbitrii cum gratia Dei, libro 2. cap. 3. §. 7. *Non rectè à Chryſoſtomo ſcriptum eſt, nec gratiam ſine voluntate, nec voluntatem ſine gratia quicquam poſſe operari.*

4 *TERTIO*, de iuſtificatione, lib. 3. cap. 11. §. 15. *Quod ad vulgares Papiſtas pertinet, vel Scholaſticos, dupliciter hic falluntur.* Et infra: *Scholæ in deterius ſemper aberrarunt, donec tandem præcipiti ruina deuolutæ ſunt ad quendam Pelagianiſmum. Ac ne Auguſtini quidem ſententia per omnia recipienda eſt.*

5 *QVARTO*, de perſona Mediatoris, lib. 2. cap. 14. §. 3. *Atque hic excuſari non poteſt veterum error, qui dum ad Mediatoris perſonam non attendunt, totius ferè doctrinæ, quæ in Euangelio Ioannis legitur, genuinum obſcurant ſenſum, ſeq; implicant multis laqueis.*

6 *QVINTO*. de concupiſcentia lib. 3. cap. 3. §. 10. *Neq; opus eſt multũ inueſtigãdo laborare, quid hic veteres ſenſerint.* Et paulò poſt: *Inter Auguſtinum & nos hoc diſcriminis intereſt, quod ipſe concupiſcentiam non audet vocare peccatum, ſed infirmitatem*, niſi conſenſus acceſſerit: *Nos autem pro peccato habemus, &c.*

7 *SEXTO*, de Satisfactione, lib. 3. cap. 4. §. 38. *Parum autem me mouent, quæ in veterum ſcriptis de ſatisfactione paßim occurrunt. Video omnes ferè, quorum libri extant, hac in parte lapſos eſſe.*

8 *SEPTIMO*, de oratione pro defunctis, lib. 3. cap. 5. §. 10. *Cùm mihi obiiciunt aduerſarii* (id eſt, Catholici) *ante mille & trecentos annos vſu receptum fuiſſe, vt precationes fierent pro defunctis, eos viciſſim interrogo, quo Dei verbo, qua reuelatione factum ſit.* Et infra, de antiquis Eccleſiæ Doctoribus: *Abrepti etiam ipſi, fateor, in errorem fuerunt.* Et paulò poſt; *Monicam matrem ſuam, in libris Confeßionum Auguſtinus narrat vehementer rogaſſe, vt ſui memoria in peragendis myſteriis fieret ad altare. Anile ſcilicet votum, quod filius non exegit ad normam Scripturæ, ſed pro naturæ affectu probari aliis voluit. Liber autem, de cura pro mortuis, ab eo compoſitus, tot hæſitationes continet, vt ſuo frigore, meritò debeat ſtulti*

zeli

zeli calorem extinguere, si quis mortuorum patronus esse appetat.

9 OCTAVO, de merito, lib. 3. cap. 15. §. 2. *Vsi sunt, fateor, paßim vetustæ Ecclesiæ scriptores nomine Meriti; atq; vtinam voculæ vnius abusu, erroris materiam posteris non præbuissent.*

10 NONO, de solenni pœnitentia, lib. 4. cap. 12. §. 8. *Qua in parte excusari nullo modo potest immodica veterum austeritas, quæ & prorsus à Domini præscripto dissidebat, & erat mirum in modum periculosa.*

11. DECIMO, de Quadragesima, lib. 4. c. 12. §. 20. *Et tunc paßim inualuerat superstitiosæ Quadragesimæ obseruatio.* Et infra: *Mirum est, tam crassam hallucinationem hominibus acuti iudicii obrepere potuisse, quæ tot ac tam claris rationibus refellitur.*

12. Ex his constat, quid sentiat Caluinus de antiquis Patribus, nempe lapsós & crassè hallucinatos esse; implicuisse se multis laqueis; genuinum Euangelii sensum obscurasse; anilia probasse vota; docuisse falsissimas sententias; eorum errores excusari non posse, & quæ similia sunt. Eodem spiritu loquuntur omnes Caluinistæ de antiquis Patribus. Vnum aut alterum exempli gratia adducam.

13. Franciscus Iunius in suis Notationibus ad 3. librum Bellarmini de Pontifice,

ſic paſſim loquitur. 1. *Patres à vero vt plurimum aberrarunt.* 2. *Hæc non teſtimonia ſunt veritatis aut probabilitatis, ſed vanæ ſuſpiciones, quibus boni Patres plus ſatis indulſerunt.* 3. *In hoc argumento communem errorem minimè ſtabilit ſanctorum Patrum auctoritas.* 4. *Patrum teſtimonia in hoc caſu fidem non obligant.* 5. *Quam infirma ſit Patrum auctoritas, aliquoties oſtendi.* 6. *De interpretationibus Patrum in obſcuro hic palpantium, iam ſatis dictum.* Et ſic deinceps. Similia habent Conradus Graſerus in Plaga Regia, & alii paſſim.

14 Quid verò de ſe ſentiunt Caluiniſtæ, qui de antiquis Eccleſiæ Doctoribus tam ſiniſtrè loquuntur? Nimirum, ex vtero materno ſanctos eſſe, certos de ſua fide, iuſtitia, perſeuerantia, & vita æterna; in diſcernendis Scripturis canonicis à non canonicis, errare non poſſe; non ab hominibus, ſed à Deo doctos eſſe; de ſe intelligi oportere, quæ ſequuntur, Iſaiæ 54. 13. *Dabo vniuerſos filios tuos, doctos à Domino.* Ierem. 31. 34. *Non docebit vltra vir proximum ſuum. Omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſque ad maximum.* Ioan. 6. 45. *Erunt omnes docibiles Dei.* 1. Ioan. 2. 27. *Non neceſſe habetis, vt aliquis doceat vos de omnibus.* Et quid non?

EXA-

EXAMEN.

15 *IN* hoc priuilegio videntur id vnum ſpectare Caluiniſtæ, vt nobis perſuadeant, ſe plus ſapere, quàm alios omnes, imo alios quotquot antegreſſi ſunt, cum tota Eccleſia primitiua, fuiſſe fungos & ſtipites: ſe demum, non modò homines, ſed & ſapientes homines, ac diuinitus illuſtratos eſſe, in in quos error non cadat. Ego verò id perſuaderi non poſſum. Sic potius ſentio, inſigniter fatuos ac arrogantes oportere eſſe, qui de ſeipſis tam magnificè, de aliis omnibus tam abiectè ſcribant ac loquantur. Debebant memores eſſe illius, Eccleſiaſt. 8. 9. *Ne deſpicias narrationem Presbyterorum ſapientium: ab ipſis enim diſces ſapientiam & doctrinam.* Et paulò poſt: *Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt à Patribus ſuis, quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum.* Debebant imitari S. Auguſtinum, qui tanti fecit Patres omnes, quotquot ante ipſum ſcripſerunt, vt quoties contra Donatiſtas de Baptiſmo, aut contra Pelagianos de peccato originali diſputandum ipſi eſſet, non alio firmiori argumento putauit ſe poſſe eos conſtringere, quàm ſi ex Patrum cõſenſu ac traditione ſuam ſententiam confirmaret. Eos porrò, qui vili-

penderent authoritatem Patrum, grauiter insectabatur. Vnde cõtra Iulianum disputans, sic eum alloquitur: *I nunc & sancta Ecclesiæ tot tantosq; Doctores, qui vita optimè gesta, debellatisq; suorũ temporum erroribus, gloriosissimè de hoc sæculo, antequã vos ebulliretis, exierunt, tanquam securus insulta.*

VI. PRIVILEGIVM.

Caluinistæ habent propriam doctrinam è cœlo sibi reuelatã, quam reliqui Christiani hoc tempore non habent.

1. CApita huius doctrinę sunt varia, quę partim in Aphorismis Caluinistarũ, partim in aliis Opusculis à me proposita & examinata sunt. Sed quia quotidie incrementũ capiunt, & noua identidem accedũt; contexam nouum Catalogum, in quo præcipua comprehendam, quæ hactenus in lucem prodierunt. Sunt autem hæc ferè:

2 *PRIMVM*, Deus non est infinitus. Ita Conrad. Vorstius in tract. de Attributis diuinis, cum ait: *Deus nõ est actu simpliciter infinitus, neq; essendo, neq; operando.* Et iterum: *Est quidem Deus purus actus, sed hoc non vetat, quin simul sit in sese finitus.*

3 *SE-*

3 *SECVNDVM*, Deus non est vbiq; præsens, sed tantum in cœlo. Ita idem Vorstius in tract. citat. cum ait: *In scripturis affirmari omnino videtur, Deum ratione substantiæ suæ tantum esse in cœlo.* Et post citata aliquot Scripturæ testimonia, sic concludit: *Simpliciter igitur credamus, quòd sacra Scripturæ toties inculcant, Deum suâ substantiâ in cœlo habitare: in terra verò, virtute & sapientia sua nobis adesse.*

4 *TERTIVM*, Substantia Dei est diuisibilis, ac proinde non est tota in qualibet re minima, sed secundum aliquam sui partem. Ita Vorstius ibidem: *Videtur*, inquit, *esse paradoxum, Deum sic omnis quantitatis expertem esse, vt totus substantialiter sit in re qualibet, etiam minima.* Eodem modo loquitur de anima rationali, quam ait esse *corpoream, & vera quantitate præditam.*

5 *QVARTVM*, Deus prædestinat homines ad æternam damnationem, sine vlla ipsorũ culpa, solum, quia ipsi ita placet. Ita Caluinus lib. *3*. inst. c. 23. §. 2. *Homines nudo Dei arbitrio, citra proprium meritum, in æternam mortem prædestinantur.*

6 *QVINTVM*, Deus est auctor omnium peccatorum.

Ita Caluinus lib. 1. cap. 18. §. *3*. *Iam satis apertè ostendi, Deum vocari eorum omnium*

authorem, quæ isti censores volũt otioso tantũ eius permissu cõtingere. Et inf. §. 4. *Homo Dei impulsu agit, quod sibi non licet*: id est, Homo impellitur à Deo ad peccandum.

7 *SEXTVM*, Deus miserè illudit hominibus, simulans se velle illos iuuare, cùm tamen nihil minus velit. Ita Caluinus lib. 3. cap. 24. §. 13. *Ecce, vocem ad eos dirigit, sed vt magis obsurdescant; lumen accendit, sed vt reddantur cœciores; doctrinam profert, sed qua magis obstupescant; remedium adhibet, sed ne sanentur,*

8 *SEPTIMVM*, Christus non est in Eucharistia, sed tantum in cœlo. Ita Caluinus in consensione cum Tigurinis in re Sacramentaria: *Christus, quatenus homo est, non alibi, quam in cœlo quærendus est. Proinde, qui in solennibus cœnæ verbis, Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, literalem sensum vrgent, eos tanquam præposteros repudiamus.*

9 *OCTAVVM*, Imago Christi crucifixi nullo modo in templis toleranda est, omnesq;, qui eam tolerant, sunt idololatræ, non minus, quàm gentiles, qui imagines bestiarum colunt. Ita Dauid Paræus in cõment. cap. 1. Epist. ad Rom. *Mutant*, inquit, *gloriam Dei, & idololatræ sunt, non soli gentiles, qui vel homines, boues, volucres, serpẽtes, Solem, Lunam, stellas, herbas, fortunam, vel ha-*

vel harum rerum imagines pro Deo colunt, quæ eſt craſſa idololatria, primo præcepto prohibita; ſed etiam inter Chriſtianos, omnes illi, qui imaginem Chriſti crucifixi, in templis ad repræſentandum Chriſtum, & ad docendum rudiores de Chriſto, tuentur. Et ante illum, Beza in colloq. Mompelgard. *Fateor me ex animo Crucifixi imaginem deteſtari.*

10. *NONVM*; Sancti, qui dicuntur cum CHRISTO regnare, ſunt laruæ, beſtiæ, carnifices. Ita Caluinus lib. 3. c. 20. §. 27. *Inde colligimus, nihil eos Chriſto reliquum facere, qui pro nihilo ducunt eius interceſſionem, niſi accedant Georgius, & Hippolytus, aut ſimiles laruæ.* Et in lib. de ratione reformandæ Eccleſiæ; *Omitto Dominicum & ſimiles Carnifices. Omitto Medardum, Lubinum, & ſimiles beſtias.*

11. *DECIMVM*; Peccatum originale non tollitur per baptiſmum, ſed in nobis manet, quamdiu viuimus. Ita Caluinus lib. 4. c. 15. §. 10. *Iam perſpicuum eſt, quam falſum ſit, per baptiſmum ſolui nos & eximi ab originali peccato.* Et in Antidoto Concilii Tridentini ſeſſ. 5. *Manet vere peccatum in nobis, neque per baptiſmum extinguitur.*

12. *VNDECIMVM*; Omnia iuſtorum opera ſunt ſordes, inquinamenta, & peccata mortalia; neq; vitam, ſed damnationem æternam promerentur. Ita Caluinus lib. 3.

c.12. §.4. *Omnia hominum opera nihil sunt, nisi inquinamenta & sordes, & quæ iustitia vulgo habetur, ea apud Deum mera est iniquitas.* Et c.14. §.9. *Habemus, ne vnum à sanctis exire opus, quod non mereatur iustam opprobrii mercedem.* Et §.12. *Duobus his fortiter insistendum, nullum vnquam extitisse pii hominis opus, quod si seuero Dei iudicio examinetur, non esset damnabile, &c.* Et in Antidoto Concilii Tridentini sess.6.c.22. *Inde conficitur, non esse tantopere exagitandos, qui dixerunt quamlibet bona opera, si exacto rigore censeantur, æterna potius damnatione, quàm vitæ præmio digna esse.*

13 *DVODECIMVM.* Lex Dei est omnino impossibilis obseruatu: nec ab vllo, quãtumuis sancto, hactenus seruata est, aut deinceps seruari poterit. Ita Caluinus l. 2. c. 7. §. 5. *Quod autem impossibilem legis obseruationem diximus, id explicandũ & confirmãdum est.* Et in Antidoto Concilii Tridentini sess. 6.c. 12. *Mihi abundè sufficit, neminem extitisse vnquam, qui legi Dei satisfecerit nec vllum posse inueniri.* Et ibidem addit, *Prophetas Patriarchas, & pios Reges, vtcunque spiritu Dei adiuuarentur, ferendo legis iugo pares non fuisse.*

14 *DECIMVMTERTIVM,* Fides ac sanctitas est propria electorũ, & semel habita amitti non potest. Ita Caluinus l. 3. c.2. §.11.

Ergo

Ergo, vt solos electos semine incorruptibili Deus in perpetuum regenerat, vt nunquam dispereat semen vitæ, eorũ cordibus insitum, ita solidè in illis obsignat adoptionis suæ gratiam, vt stabilis ac rata sit. Et §.12. *Hoc interim tenendum est, quantumuis exigua sit ac debilis in electis fides, quia tamen Spiritus Dei certa illis arrha est ac sigillum suæ adoptionis, nunquam ex eorum cordibus deleri posse eius sculpturam.* Et cap. 21. §. 6. *Iam neque dubiũ est, cum orat Christus pro omnibus electis, quin idẽ illis precetur quod Petro, vt nunquam deficiat fides illorum. Ex quo elicimus, extra periculum defectionis esse.*

15 *DECIMVMQVARTVM.* Omnes filii fidelium ab vtero materno nascũtur sancti & hæredes vitæ æternæ, ac proinde saluari possunt sine baptismo. Ita Caluinus in Antidoto concilii Tridentini sess. 6. cap. 5. Et lib. 4. instit. cap. 6. §. 24. Verba eius supra recitata sunt in Priuilegio primo, & ibidem examinata.

16 *DECIMVMQVINTVM.* Omnes filii illegitimi æternæ damnationi obnoxii sunt, nec ad baptismum admittẽdi. Ita Caluinistæ in Synodo Vilnensi, anno 1589. die 11. Martii, vbi decretũ est, ne quis paruulos illegitimè natos baptizare audeat, vt refert Adrianus Iungius l. 3. de doctr. & moribus Euangelicorum, c. 17. Et in Palatinatu, anno

no 1587. articuli quidam Caluinisticæ reformationis disseminati sunt, quorum secundus habebat hæc verba; *Infantes, qui ex illegitimo thoro nascuntur, æternæ perditioni ac damnationi obnoxii sunt, nec per baptismum iuuari possunt.*

17. *DECIMVMSEXTVM*; Peccata prædestinatorum nunquam imputantur; reproborum nunquam remittuntur. Ita Caluinus. Et quidem priorem partem tradit li. 3. c. 4. §. 28. vt infra videbimus in priuilegio octauo. Posteriorem vero lib. 4. cap. 1. §. 20. 21. vbi docet, nullum peccatum remitti, nisi in Ecclesia. At reprobi, secundum Caluinum, in Ecclesia non sunt. Nullum ergo peccatum illis remitti potest.

18. Hæc sunt præcipua capita doctrinæ Caluinistarum, in quibus ipsi à Catholicis, & vt plurimum etiam à Lutheranis dissentiunt. Nec dubito, quin subsequentibus annis plura alia habituri sint. Interim, quid de his paucis, quæ iam recensui, generatim sentiendum sit, breuissime indicabo.

EXAMEN.

19. Hoc priuilegium, iam initio nascentis Ecclesiæ, ab Apostolo explosum est, in epistola ad Galatas cap. 1. v. 8. vbi ait; *Licet Angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam*

quam euangelizauimus vobis, anathema sit. Sicut prædiximus & nunc iterum dico. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit. Sine dubio, nihil aliud acceperũt ab Apostolo, nisi quod est in Euangelio, & in Epistolis eiusdem Apostoli. Iam subsumo. At in Euangelio, vel in Epistolis Apostoli non habetur, Deum esse finitum, diuisibilem, solo cœlo conclusum, authorem peccati, prædestinare homines ad mortem sine ipsorum culpa, illudere mortalibus; Nec item, Christum nõ esse in Eucharistia, imaginem Christi crucifixi eliminandam esse; Sanctos esse laruas, bestias, carnifices, peccatum originale non tolli per baptismum, omnia iustorum opera esse sordes & inquinamenta, legem Dei esse impossibilẽ, fidem dari solis prædestinatis, omnes fidelium infantes ab vtero materno sanctos esse, oẽs illegitimè natos damnari, peccata prædestinatorum nunquam imputari. Hæc, inquam, & similia non acceperunt Galatæ ab Apostolo: Ergo qui hæc & similia euangelizauerit, anathema sit. Hoc autem faciunt Caluinistæ.

PORRO, in singulis doctrinæ huius capitibus refutandis, nõ necesse est hic immorari. Iam alibi id factum est. Hoc vnum addo, ex hac doctrina penitus euerti religionem Christianam. Nam præcipuum caput

put religionis Christianę est quod Christus sit verus Deus. Hoc euertitur per Caluinistas. Ipsi enim docēt, vt ex Vorstio ostendi, Deum non esse vbique præsentem secundum substantiam suam, sed tantum in cœlo. Vnde necessario sequitur, Christum, cum in terris versatus est non fuisse Deum secundum substantiam, sed tantum hominem. Quo quid absurdius apud Christianos? Et huic pernitioso dogmati patrocinatur Paræus, quando docet Imaginem Christi crucifixi è templis eliminandam esse, & omnem passionis eius repræsentationem, velut idololatricam, penitus abolendam. O tempora. O mores.

VII. PRIVILEGIVM.

Caluinistæ non ita astricti sunt ad suam doctrinam quin poßint contrariam amplecti, cum lubet; & negare, quod antea affirmabant.

HAbemus luculentum exemplum in Caluino, qui hoc priuilegio frequenter vsus est. Nam in plerisq; capitibus apert

aperte sibi ipsi repugnat. Hoc alias memini me ostendisse. Hic tamen existimo repetendum esse, ne dum alia priuilegia commemoramus, hoc vnum prætermissum esse videatur. Igitur ex contradictionibus Caluini hæ potissimum occurrunt.

2 *PRIMA* Caluini contradictio. Deus est author peccati; Deus nō est auctor peccati. Priorem partem docet contra Catholicos, lib. 1. instit. cap. 18. §. 3. his verbis: *Iam satis apertè ostendi, Deum vocari eorum omnium auctorem, quæ isti censores volunt otioso tantùm eius permissu contingere*, q. d. Catholici volunt peccata fieri Deo tantum permittente. Ego dico, fieri Dèo auctore. Posteriorem docet contra Libertinos, in libro, qui inscribitur: *Admonitio aduersus Libertinos*.

3 *SECVNDA*, Iste articulus symboli, *Credo Ecclesiã*, intelligi debet de sola Ecclesia inuisibili, quæ est prædestinatorum: Nō debet intelligi de sola inuisibili, sed etiã de visibili, quæ est cōmunis prædestinatis & reprobis. Priorem partē docet in paruo Catechismo, cum ait: *Sequitur quarta pars, in qua cōfitemur, nos credere vnã sanctã Ecclesiam catholicam.* Et statim explicans, quæ sit illa vna Ecclesia quam credimus, sic addit: *Quid est Ecclesia? Corpus ac societas fideliũ, quos Deus ad vitam æternam prædestinauit.*

Poste-

Posterioré docet l.4.inst.c.1.§.2. *In symbolo,* inquit, *vbi profitemur, nos credere Ecclesiã, id non solum ad visibilẽ, de qua nunc agimus, refertur, sed ad omnes quoq; electos Dei.*

4 *TERTIA,* Nemo potest saluari, extra Ecclesiam visibilem; aliqui possunt saluari extra Ecclesiam visibilem. Priorem partem docet lib.4.c.1.§.4. his verbis: *Nunc de visibili Ecclesia disserere propositũ est.* Et paulo post: *Extra eius gremium nulla est speranda peccatorum remissio, nec vlla salus.* Posteriorem docet, tum l.4.c.1.§.7. tum c.16.§.24.& 25. Nam altero loco dicit, neminem admitti in Ecclesiam visibilem, nisi per baptismũ: altero, filios fidelium, qui ante baptismum decesserunt, saluari posse. vnde sequitur, aliquos saluari, qui in Ecclesiam inuisibilem nunquam admissi sunt.

5 *QVARTA.* Omnes fideles certi sunt de sua iustitia & remissione peccatorũ: Nulli fideles certi sunt de sua iustitia & remissione peccatorum. Priorem partem docet lib.3. cap.2. §.16. & alibi. Verba eius citata sunt superius in tertio priuilegio.

Posteriorem tradit lib.3. cap.2. §.10. *Tot vanitatis recessus habet, tot mendacii latebris scatet cor humanum, tam fraudulenta hypocrisi tectum est, vt seipsum sæpè fallat.* Et §. 11. *Experientia ostendit, reprobos interdum simili ferè sensu, atq; electos, affici, vt ne suo*

ne suo quidem iudicio, quicquam ab electis differant.

6 *QVINTA.* Fides est causa iustificationis; fides non est causa iustificationis. Priorem partem docet in Antidoto Concilii Tridentini sess. 6. can. 9. *Solam fidem iustificationis causam esse intelligimus.* Et can. *Vim iustificandi fidei in solidum vindicamus.* Posteriorem docet lib. 3. instit. cap. 13. §. 5. *Quoad iustificationem, res est merè passiua fides.*

7. *SEXTA.* Homo in statu innocentiæ habuit liberum arbitrium; Homo in illo statu non habuit liberum arbitrium. Priorem partẽ docet lib. 1. inst. cap. 15. §. 7. *In hac integritate libero arbitrio pollebat homo, quo si vellet, adipisci posset vitam æternam.* Et infra; *Potuit Adam stare, si vellet, quando non nisi propria voluntate cecidit.* Posteriorem docet lib. 3. cap. 23. §. 8. *Non dubitabo igitur simpliciter fateri, voluntatem Dei esse rerum necessitatem, atque id necessario futurũ esse, quod ille voluerit.* Et paulo ante, §. 6. in fine; *Constat ordinatione & nutu Dei omnia euenire.*

8. *SEPTIMA.* Iustitia inhærens, quam Catholici admittunt, non est admittenda; iustitia inhærens, quam Catholici admittunt, est admittẽda. Priorem partem docet in Antidoto Concilii Tridentini sess. 6. c. 8.

Falsum esse contendo, vllam iustitiæ partem in qualitate sitam esse vel habitu, qui in nobis resideat. Posteriorem in libro de vera Ecclesiæ reformatione; *Nunquam reconciliamur Deo, quin simul donemur iustitia inhærente.*

8 *OCTAVA.* Sancti post hanc vitam statim sunt in cælesti beatitudine; Sancti post hanc vitam non statim sunt in cælesti beatitudine; Imo stultum & temerarium est, alterutrum definire. Primam partem docet in Psychopannychia, vbi explicans Apostolum 2. Corinth. 5. sic ait, *Vt ergo nihil addamus, verba sine interprete hoc loquuntur, nos sensuros Dei præsentiam, cum ab hoc corpore separabimur: iam non per fidem ambulaturos, sed per speciem; quoniam hoc terræ pondus, quo premimur, nos à Deo, quasi maceries, longo interuallo separat.* Et ibidē; *Miretur nunc aliquis, cur in sinu Abrahæ requiescere dicantur electi Dei, qui ex hac vita ad Deū transierunt; nempe quod in sede pacis recipiuntur cum Abraham patre fidelium, vbi Deo fruuntur ad satietatem, citra fastidium.* Secundam docet in eodem libello, his verbis; *Semper in cursu est eorū desiderium, donec impleta fuerit Dei gloria, cui implementum adfert dies iudicii. Tunc verum erit illud: Satiabor, cum euigilauero, aspectu vultus tui.* Et infra; *Expectant*

quod

quod nondum habent, & suam mercedem eminus vident. Tertiam docet libro 3. Inst. capite 25. §. 6. *Valdè se torquent multi disputando quem locum occupent Sancti, an cælesti gloria fruantur, nec ne. Atqui stultum & temerarium est de rebus incognitis altius inquirere, quã Deus nobis scire permittat.* Et paulo post; *Omnia tententur suspensa; donec Christus appareat redemptor.*

10 *NONA.* Corpus Christi est præsens in Eucharistia; corpus Christi non est præsens in Eucharistia, sed tantum in cælo. Priorem partem docet in caput 11. prioris ad Corinthios: *Christus visibile illud symbolũ nobis porrigẽdo, vna dat etiã nobis suũ corpus. Neq; enim fallax est, qui vacuis figuris nos ludat. Proinde illud mihi est extra controuersiam. veritatem hic cum suo signo coniunctam esse,* id est, corpus Christi cum symbolo panis coniunctum esse. Posteriorem docet in Confessione de re Sacramentaria; *Cum signa hic in mundo sint, oculis cernantur, palpentur manibus; Christus non alibi, quam in cælo quærendus est.* Et ibidem; *Quia tamen corpus Christi finitum est, & cœlo vt loco continetur: necesse est à nobis tanto locorum interuallo distare, quanto cœlum abest à terra.*

11 *DECIMA*, Animæ sanctorum Patrũ veteris Testamenti, ante mortem Christi, fuerunt inclusæ in carcere; Eædem ainmæ non fuerunt inclusæ in carcere. Priorem partem docet contra Anabaptistas in Psychopannychia, cum ait; *Nec vero miretur quisquam, includi carcere sanctos Patres, qui redemptionem Christi expectabant.*

Posteriorem docet contra Catholicos, lib.2, inst. cap. 16. §. 9. *Concludere in carcere mortuorum animas, puerile est.*

12 Præter has, sunt aliæ propè infinitæ contradictiones in Caluino, quas colligere longum esset. Caluinum strenuè imitantur Caluinistæ. Et quisque non sibi tantum, sed etiam aliis suæ sectæ hominibus, liberrimè contradicit. Imo sic agunt, scribunt, & loquũtur singuli, quasi non nisi pugnãtibus ac dissonantibus tibiis in Caluinismo cantandum sit.

EXAMEN.

13. De hoc Priuilegio, hæc videntur mihi certa. *PRIMO*, quod à Deo concessum nõ sit. Nam, vt loquitur Apostolus 1. Corinth. 14.33. *non est dissensionis Deus sed pacis.* Et propterea idem Apostolus 1. Corinth. 10. vehemẽter dissuadet hoc priuilegium, cum ait; *Obsecro vos fratres, vt idipsum dicatis*

Omnes

omnes, & non sint in vobis schismata. SECVNDO, quod ab eo Spiritu concessum sit, qui de seipso dicit, 3. Regum 22. 22. *Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius.* TERTIO, quod nō diu duraturum sit, vt prædixit Christus Lucæ 11. 17. *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur.* QVARTO, quod sit proprium hominū superborum, iuxta illud Prouerb. 13. 10. *Inter superbos sēper sūt iurgia.* Quod optimè qurdrat in Caluinistas. Nota sunt iurgia inter Gallicanos & Piscatorianos; inter Gommaristas & Vermilianos in Batauia; inter Professores Heidelbergenses & Ministros Palatinos; quæ omnia fusè prosequitur Petr. Cudsemius in suo libello quem scripsit de desperata Caluini causa.

VIII. PRIVILEGIVM.

Caluinistæ; sicut habent propriam doctrinam, sic habent etiam proprium ac peculiare Purgatorium, distinctū à Purgatorio Catholicorum.

1 Ita Caluinus lib. 3. inst. cap. 20. §. 20. vbi de suo Purgatorio, quod ipse Atrium ap-

 pellat,

pellat; ſic loquitur; *Intelligimus Chriſtum ſic apparere coram facie Dei, vt ſanctuarium cœli ingreſſus, ad conſummationem vſq; ſaeculorum, ſolus populi eminus in atrio reſidentis vota ad Deum deferat.* Hic, vt vides duo affirmat. I. ſolum Chriſtum, ingreſsũ eſſe ſanctuarium cœli. 2. populum Chriſtianum, id eſt, Caluiniſtas, eminus in quodam Atrio reſidere, & ibi expectare vſque ad finem mundi. Per Arium, vt dixi, intelligit Purgatorium.

2 Porro hoc Caluiniſtarum Purgatorium ex his 4. fundamentis deduci debet. *PRIMVM* eſt, quod peccatum originale nihil aliud ſit, quam *prauitas naturæ, cæcitas mẽtis, & auerſio volũtatis à Deo, cum reatu pœnæ æternæ,* vt ex Caluino definit Dauid Paræus in ſuis theſibus de peccato. *ALTERVM,* quod hoc peccatum maneat in Caluiniſtis, quam diu in hac vita degũt, vt docet Caluinus lib. 2. inſt. cap. 1. §. 8. & lib. 4. c. 15. §. 10. Vnde ſequitur, Caluiniſtas, quãdiu in hac vita degunt, habere naturã corruptam, eſſe cæcos mente, auerſos à Deo, & reos æternæ mortis, *TERTIVM* eſt, ꝙ omnia Caluiniſtarum opera vitientur & contaminentur ex contagione peccati originalis, quod ſemper in Ipſis manet in hac vita; ac proinde omnia ipſorum opera ſint *inquinamenta, ſordes & mera iniquitas,* vt loqui-

loquitur Caluinus l.3.inſt.c.12.§.4.& alibi. Vnde ſequitur, Caluiniſtas non modo cæcos eſſe,& à Deo auerſos; ſed etiã ſordidos, immundos, & inquinatos.

QVARTVM, quod nihil immundum & inquinatũ poſſit intrare in regnũ cælorum, iuxta illud Apoc.21.27. *Non intrabit in eam* (ciuitatem cæleſtem) *aliquod coinquinatũ, aut abominationem faciens & mendacium.*

3 *EX* his fundamentis ſicconcludo; Nullus immundus & inquinatus poteſt intrare in regnum cælorum, niſi prius purgetur & mundetur. Atqui Caluiniſtæ, quam diu hic viuunt, ſunt immũdi & inquinati propter peccatum originale; & omnia ipſorũ opera ſunt *inquinamenta, ſordes, & mera iniquitas,* vt ex dictis patet. Ergo non poſſunt intrare in regnum cælorum, niſi prius purgentur & mundentur. Non purgantur autem in hac vita, quia ſemper hic manent obnoxii peccato originali: Ergo, ſi ſalui eſſe velint, poſt hanc vitam purgari neceſſe eſt. Ergo datur aliquod Purgatorium pro Caluiniſtis poſt hanc vitam. Quis dubitet?

EXAMEN.

4 *CIRCA* hoc Caluiniſtarum Purgatorium tria examinanda ſunt 1. Vbi locorũ ſit? 2. quomodo differat à noſtro Purgato-

rio. 3. quid agant ibi Caluinistæ. *QVOD* ad primum punctum attinet, Caluinus fatetur quidem purgatoriũ suum longè distare à cœlo, vt patet ex verbis illius (lib. 3. inst. cap. 20. §. 20.) supra citatis; non tamẽ vult patefacere certum locum, vbi sit, vt videre est, lib. 2. cap. 25. §. 6. Igitur ex Scripturis hoc inuestigandũ est, si fieri potest. Ex iis constat, varia esse animarum loca post hanc vitam. *PRIMVS* est *cœlum*, in quo Angeli sunt, Mat. 22. 30. *SECVNDVS* est *infernus*, in quo diues Epulo sepultus est, Luc. 16. 22. *TERTIVS Sinus Abrahæ*, ad quem anima Lazari ab Angelis deportata est, ibidẽ. *QVARTVS* est *Paradisus*, in quem Latro admissus fuit, Lucæ 23. 43. *QVINTVS* est *Lacus* sine aqua, in quo antiqui Patres detinebantur, Zachar. 9. 11 *SEXTVS* est *Carcer*, in quem Christus post mortẽ descendit 1. Petri 3, 19. *SEPTIMVS* est Sub *Altari*, vbi animæ Martyrũ requiescere visæ sunt, Apoc. 6. 9.

5 In quo igitur horum locorum quærendæ sunt animæ Caluinistarum post hãc vitam? *AN* in cœlo? Ego quidem vellem. Sed reclamat Caluinus. Solum Christum vult esse in cœlo; Caluinistas in atrio expectare vsque ad consummationem sæculorum. Et ratio illi fauet. Nihil enim immundum & inquinatũ intrare potest in cœlũ, nisi prius purge-

purgetur. At animæ Caluiniſtarum ſunt immundæ & inquinatæ peccato originali. Ergo prius purgari debent. Non purgantur autem in hac vita, vt ſupra oſtenſum eſt. Ergo poſt hanc vitam purgari debent alicubi, antequam cœlum ingrediantur. At hunc ipſum locum, in quo purgantur, inueſtigamus.

6 An ergo ſunt in ſinu Abrahæ? Bene profectò cum illis ageretur, ſi ibi eſſent. At non eſſe ibi, valde probabile eſt, quod dupliciter oſtendo. *PRIMO*, ex ipſorum conceſſione. Nam Dauid Paræus Caluiniſta in cap. 10. ad Hebræos, contendit, per ſinum Abrahæ intelligi cœlum. At animæ Caluiniſtarum non ſunt in cœlo, vt Caluinus concedit. Non ergo ſunt in ſinu Abrahæ. *SECVNDO*, quia nemo eſt in ſinu Abrahæ, niſi qui imitatur fidem Abrahæ. Hoc non faciunt Caluiniſtæ. Nam Abraham credidit Deo, non ſolum ea, quæ ipſi poſſibilia, ſed etiam, quæ impoſſibilia videbantur; vt quod eſſet geniturus filium, cum nec ipſe, nec vxor eius Sara, propter ſenectutem apti eſſent ad procreandam ſobolem. At Caluiniſtæ ſolum credunt ea, quæ ipſis poſſibilia, non autem, quæ videntur impoſſibilia. Non enim credunt, corpus Chriſti ſimul eſſe in duobus locis, quia hoc impoſſibile illis videtur. Non

ergo imitantur fidem Abrahæ. Quomodo igitur in sinu Abrahæ inueniri queant?

7 An forte sunt in Paradiso? Legimus quidem Henoch eo translatum esse, Ecclesiast. 44.16. *Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum.* Legimus, & Latroni dictum esse, *Hodie mecum eris in Paradiso.* At Caluinistas ibi esse, quis credat? Certè Caluinus in cap. 12. posterioris ad Corinthios, per Paradisum intelligi vult cœlestem gloriam. Animæ autem Caluinistarum non sunt in cœlesti gloria, vt testatur idem Caluinus lib. 3. instit. cap. 25. §. 6. vbi docet, eas vsque ad diem iudicii, cœlestem gloriam exspectare. Ergo iam non possunt esse in Paradiso.

6 *AN* igitur sunt in Lacu (de quo Zacharias loquitur) in quo non est aqua? Hoc definiri non potest, nisi prius constet, quid per Lacum intelligatur. Catholici, aut Limbum antiquorum Patrum, aut certè nostrum Purgatorium intelligi putant. Quod si res ita habet, nullo modo dicendum est, animas Caluinistarum post hanc vitam esse in Lacu; quia Caluinus tam Limbum, quàm nostrum Purgatorium, nihil aliud, quàm fabulam esse vult. Apud Caluinistas inuenio tres opiniones de hac re. *PRIMA* est, per *Lacum* intelligi *profundos inferos.* Ita Caluinus lib. 3. instit. cap.

16. §. 9.

16.§.9. *ALTERA* eſt, intelligi *ſeruitutem peccati.* Ita Pleſſæus lib. 3. de Euchariſtia cap. 7 *TERTIA* eſt, intelligi *captiuitatem Babylonicam.* Ita Matthæus Sutliuius in libro de Purgatorio contra Bellarm. cap. 14. Igitur tota quæſtio verſatur in his tribus punctis. *PRIMO*, an animæ Caluiniſtarum poſt hanc vitam ſint in profundis inferis? De quo poſtea. *SECVNDO*, an ſint in ſeruitute peccati? Nihil certius, ſecundum principia Caluini hactenus tradita. Decedunt enim ex hac vita cum peccato originali, id eſt, cum cæcitate mentis, auerſione voluntatis à Deo, & reatu mortis æternæ. Hinc tamen propriè non ſatisfit noſtro inſtituto; quia non diſputamus de ſtatu peccati, in quo ſunt animæ Caluiniſtarum, cum de eo ſatis conſtet; ſed de loco, in quo purgari poſſint à peccato. *TERTIO*, an ſint in captiuitate Babylonica? Secundum ſenſum literalem non ſunt; quia captiuitas illa multis iã ſæculis præteriit, & omnino finita eſt. Sunt tamen ſecundum ſenſum myſticum, quia ſunt in ſeruitute peccati, vt dictum eſt. Hæc autem ſeruitus optimè deſignatur per captiuitatem Babylonicam, vt fatentur auctores citati.

9 Quid ſi in carcere ſint, in quo Chriſtus prædicauit ſpiritibus piorum & impiorum, vt explicat Caluinus ex Apoſtolo Petro?

Hic

Hic Caluinus omnino tergiuer'atur. Imo ſibi contrarius eſt. Nam lib.2. inſt. cap.16. §.9.de hoc ipſo carcere ſic ſcribit: *Concludere in carcere mortuorum animas, puerile eſt.* At in Pſychopannychia multo aliter: *Nec verò*, inquit, *miretur quiſquam, includi carcere ſanctos Patres, qui redemptionem Christi exſpectabant.* Nimirum priori loco oppugnat Catholicos, qui illum carcerem admittunt; poſteriori Anabaptiſtas, qui illum negant. Igitur, ſi Catholici quærant ex Caluino, an animæ piorum Caluiniſtarum poſt hanc vitam in carcere concludantur, reſpondebit: *Concludere in carcere mortuorum animas, puerile eſt.* Si autem Anabaptiſtæ interrogent, an animæ piorum carcere includi poſſint, occurret hoc modo: *Nec verò miretur quiſquam, includi carcere ſanctos Caluiniſtas, qui aduentum Christi exſpectant.* Hæc ex Caluino, Quod ad rem attinet, puto Caluiniſtas non eſſe in iſto carcere, de quo Petrus loquitur. Verba enim Petri ſunt hæc: *In quo & his, qui in carcere erant, ſpiritibus, veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando exſpectabant Dei patientiam in diebus Noe, cùm fabricaretur arca.* Ex quibus ſic concludo: Illi tantum leguntur eſſe in iſto carcere, qui tempore Noe fuerunt increduli. At Caluiniſtæ, ſuo certè iudicio, nec increduli

duli ſunt, nec tempore Noe vixerunt. Non ergo ſunt in iſto carcere.

10 *QVID* ſi exſpectent ſub Altari, de quo Ioannes loquitur in Apocalypſi? Nec id puto. Nam animæ quæ leguntur eſſe ſub Altari, habent duas conditiones, quæ non conueniunt Caluiniſtis. *VNA* eſt, quod ſint animæ interfectorum propter verbum Dei. *ALTERA*, quod indutæ ſint ſtolis albis. Neutra poteſt accommodari Caluiniſtis. *NON* prior, quia nec Caluinus nec Beza, nec Iunius, nec ſimiles alii, propter verbum Dei interfecti ſunt. *NEC* poſterior, quia per ſtolam albā intelligitur beatitudo animæ. At animæ Caluiniſtarum nō ſunt beatæ, quia manent obnoxiæ peccato originali, & expectant fruitionem gloriæ vſque ad conſummationem ſæculorum, vt ſupra ex Caluino oſtendi.

11 *QVID* ergo? An apud Inferos ſunt? Non auſim affirmare. Sed tamen probabile eſt, triplici de cauſa. *PRIMO*, quia ſi non ſunt in cœlo, nec in ſinu Abrahæ, nec in Paradiſo, nec in Lacu aut carcere, nec ſub Altari; omnino neceſſe eſt, vel eſſe in Inferno, vel dari alium locum præter enumeratos. At alium locum in Scriptura non inuenio, niſi fortè Purgatorium Catholicorum, à quo abhorrent Caluiniſtæ. Ergo nihil reliquum eſt illis, præter Infernum.

SE-

SECVNDO, quia Caluinus fatetur, eos esse in atrio, quod longè distet à cœlo. At tale atrium est Infernus, in quo diues epulo sepultus est, iuxta illud Lucæ *16.26. Magnũ chaos firmatum est inter nos & vos. TERTIO*, quia si essent alibi, quàm in Inferno, Caluinus explicasset. Nunc autem effugium quærit, & ægre fert, nos curiosius inquirere & disputare de loco, in quo piorum Caluinistarum animæ delitescunt, vt patet lib. 2. inst. cap. 25. *§. 6.* Quis ergo rem totam meritò suspectam non habeat?

12 Ex iis, quæ hactenus dicta sunt, colligo magnum esse discrimen inter Purgatorium Caluinistarum & Catholicorum. Et quidem triplex. *PRIMVM* est, Catholici qui post hanc vitam veniunt ad Purgatorium, iam ante liberati sunt à peccato originali per baptismum, & à mortalibus per confessionem & pœnitentiam. Solum manet in illis reatus pœnæ temporalis, & nonnulla peccata venialia, quæ expiari debent. At Caluinistæ portant omnia secum ad suum Purgatorium, nempe peccatum originale, mortalia & reatum pœnæ æternæ: indigent ergo fortiori Purgatorio.

13 *ALTERVM* est; Caluinistæ manent in suo Purgatorio vsque ad consummationem sæculi, vt ex Caluino supra ostensum est: Catholici citius liberantur. Nam aliqui

manent

manent tãtum paucis horis; alii certis diebus; nonnulli aliquot annis. Ratio huius differentiæ duplex eſt. *PRIOR*, quia Catholici poſſunt iuuari indulgentiis & ſuffragiis viuentium. Vnde fit, vt quo plura vel pauciora fiunt pro illis ſuffragia, eo, cæteris paribus, citius aut tardius liberentur. Caluiniſtæ reſpuunt huiuſmodi præſidia, & tam generoſi ſunt, vt malint exſpectare vſque ad Chriſti aduentum, quàm à viuentibus opem implorare vel admittere. *POSTERIOR*, quia Catholici nihil habent expiandum in Purgatorio, niſi reatum pœnæ temporalis, & aliquot peccata venialia. Ergo quo quiſq, cum minori reatu pœnæ, & paucioribus venialibus accedit, eo citius liberatur. Caluiniſtæ verò, vt dictum eſt, non ſolum ferunt ſecum peccatum originale, & mortalia; ſed etiam reatum pœnæ æternæ, qui breui tempore expiari non poteſt. Debent igitur exſpectare aduentum Chriſti, & videre, ſi quid tunc ſolatii habere poſſint, ne cogátur in æternum luere.

14 *TERTIVM* eſt; De Purgatorio Catholicorum, ſaltem apud Catholicos, multa certa ſunt. *PRIMO*, quod ſit in loco ſubterraneo. *SECVNDO*, quod ſit diſtinctum ab vtroq; Limbo: altero antiquorum Patrum veteris Teſtaméti: altero paruulorum ſine remedio decedentium. *TERTIO*, quod

quod ſit diſtinctũ ab inferno damnatorum. At Purgatorium Caluiniſtarum, quia recens eſt, nondum penitus perſpectum eſſe poteſt. Solum conſtat, remotum eſſe à ſanctuario cœli. At vbi præcisè ſit, non audet Caluinus definire. Nos tamen oſtendimus, probabile eſſe, non diſtingui ab inferno. Infernus autem eſt in loco ſubterraneo, nō procul à centro terræ. Itaque circa centrum terræ quærendi ſunt Caluiniſtæ, qui migrant ex hac vita. Niſi nautæ Hollandici alium locum inueniant in Oceano Septemtrionali.

15 *SEQVITVR* tertia quæſtio, quid agant Caluiniſtæ in ſuo Purgatorio? Anabaptiſtæ docent, animas poſt hanc vitam nihil agere, ſed perpetuo quodam ſopore vſque ad communem reſurrectionem oppreſſas teneri. Hos redarguit Caluinus in Pſychopannychia, & multis Scripturæ teſtimoniis oſtendit, eas ſemper aliquid agere, & minimè ſopitas aut otioſas eſſe. Nunc ergo quæſtio eſt, quid agant? Et ſpeciatim id quæritur de animabus Caluiniſtarum, quæ in ſuo atrio ſeu Purgatorio vſque ad conſummationem ſeculorum, vt vult Caluinus, manſuræ ſunt. Non enim ſatis apparet, quibus negotiis, præſertim tanto temporis interuallo, diſtineri & occupari honeſtè poſſint.

16 F--

16 Fateor hoc punctum explicatu difficillimum esse; sed tamen, quia spectat ad perfectam cognitionem Purgatorii Caluinistici, prætermitti omnino non debet. Atque vtinam Caluinus hoc ipsum paulo tractasset accuratius: minus certè studii ac laboris adhibendum nobis iam esset. Nunc contra res accidit. Vix quicquam habemus ex Caluino; nisi generalia quædam principia, ex quibus tamen, vt opinor, vtcunque res definiri poterit.

17 *SVNT* autem hæc Caluini principia. *PRIMVM*, animas Caluinistarum ex hac vita decedere cum peccato originali, id est, cum cœcitate mentis, auersione voluntatis à Deo, & reatu æternæ mortis. *ALTERVM*, exspectare in suo atrio, seu Purgatorio vsque ad consummationem sæculorum. *TERTIVM*, interea nihil certi eas habere de suo futuro statu, sed omnia teneri suspensa vsq; ad Christi aduentum. Hæc partim patent ex dictis; partim ex Caluino lib. 3. inst. c. 25. §. 6. vbi ait: *Interea cum Scriptura vbiq; iubeat pendere ab exspectatione aduentus Christi; & gloriæ coronam eousque differat, contenti simus his finibus diuinitus nobis præscriptis; animas piorum, militiæ labore perfunctas, fruitionem promissæ gloriæ exspectare: atque ita omnia teneri suspensa, donec Christus appareat Redemptor.*

18 *EX*his principiis euidenter deduci possunt hæc quinq; Corollaria. 1. animas Caluinistarum in suo Purgatorio, multis falsis opinionibus ac erroribus perpetuo deludi & d stineri. 2. easdem nihil aut parum affici ad res diuinas; ac potius toto affectu circa terrenas & illicitas occupari. 3. peiori nunc esse conditione, quam fuerint in hac vita. 4. Imo detestari nunc illā fidem & persuasionem, quam in hac vita habuerunt. 5. Et quod grauius est; de sua salute desperare. Hæc singula seorsim probo, hoc modo.

19 *PRIMO*; Sicut illi, qui oculis capti sunt, & cæcitate corporis laborant, non possunt lumen aspicere, nec rectam tenere viā, sed sæpè aberrant, & in foueas aut præcipitia labuntur, iuxta illud Matth. 15. 14. *Cæcus si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt*: sic etiam illi, qui laborant cæcitate mentis, non possunt lumen veritatis aspicere, sed multis errorū tenebris deludi necesse est. Atqui animæ Caluinistarum in Purgatorio laborant cæcitate mentis, quia manent in peccato originali, quod cæcitatem mentis includit, vt supra dictum est ex Caluino & Paræo: Ergo non possunt lumé veritatis percipere, sed necessario multis erroribus & falsis opinionibus deludūtur. Sed quibus? Sine dubio, iisdem vt plurimum, quibus in hac vita deludebantur.

tur. Cuiusmodi sunt, *Deum esse authorem peccati, Ecclesiam Christi errare, Papam esse Antichristum.*

20 *SECVNDO*: Illi, quorum voluntas à Deo auersa est, non possunt bene affiici ad res diuinas; sed potius in terrenas & illicitas se immergunt: Atqui voluntas Caluinistarum in Purgatorio existentium est auersa à Deo, ratione peccati originalis, cui obnoxii sunt, & quod talem auersionem includit; vt supra dictum est: Ergo Caluinistæ in suo Purgatorio existentes non possunt bene affici ad res diuinas, sed potius in terrenas & illicitas se immergunt. In quas illas? In mendacia, conuitia, perfidiam, crudelitatem, odia, contentiones, simultates, dissidia. Hæc enim amarunt in vita sua; & vt dicit Scriptura, *Opera eorum sequuntur ipsos*:

21 *TERTIO*: Qui dubii & perplexi sunt de sua salute, peiori conditione sunt, quam qui certi & securi: Atqui Caluinistæ in Purgatorio existentes, sunt dubii & perplexi de sua salute, iuxta tertium Caluini principiũ, paulo ante propositũ: Et in hac vita fuerunt certi & securi, vt in alio priuilegio dictum est: Ergo nunc in Purgatorio, sunt peiori conditione, quã in hac vita fuerint.

22 *QVARTO*; Illi merito damnant ac detestantur suam fidem & persuasionem, qui

qui apertè vident, ſe miſerè per eam deluſos ac deceptos eſſe, præſertim in re omnium grauiſſima. Atqui Caluiniſtæ in Purgatorio exiſtentes, aperte vident, ſe miſere deluſos ac deceptos eſſe per eam fidem & perſuaſionem, qua in hac vita crediderunt, ſe eſſe prædeſtinatos & certos de ſua ſalute, cum nunc contrarium experiantur; & de tota re dubii ac perplexi ſint. Ergo merito nunc deteſtantur ſuam fidem & perſuaſionem, quam in hac vita habuerunt. Et poſſunt dicere illud Sap. 5.6. *Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.*

23 *QVINTO*; Qui ex vna parte certo ſciunt, neminem ſaluari poſſe ſine vera fide; & ex altera, ſe in hac vita non habuiſſe veram fidem; merito de ſua ſalute deſperare poſſunt. Atqui Caluiniſtæ in Purgatorio exiſtentes, ex vna parte certo ſciunt, ſe ſaluari non poſſe ſine vera fide; & ex altera, ſe in hac vita non habuiſſe veram fidem, ſed inanem perſuaſionem de certitudine ſalutis & prædeſtinationis. Ergo merito poſſunt deſperare de ſua ſalute.

24 *SIC* igitur patet, quid agant Caluiniſtæ in ſuo atrio ſeu Purgatorio. Nimirum variis erroribus deluduntur; à diuinis rebus omnino auerſi ac alieni ſunt; fidem & perſuaſioné, quam in hac vita ſecuti ſunt,

penitus

penitus deteſtantur, & quod omnium moleſtiſſimum eſt, de ſalute deſperant.

IX. PRIVILEGIVM.

Tametſi Caluiniſtæ enormiter quotidie peccent, & flagitioſè viuant: tamen peccata ipſis non imputantur.

1. ITa Caluinus lib. 2. inſtit. cap. 8. §. 59. *Habeant filii Dei, omne peccatum mortale eſſe, quia eſt aduerſus Dei voluntatem rebellio, quæ eius iram neceſſariò prouocat. Sanctorum*, (id eſt, Caluiniſtarum, qui ex vtero materno ſancti ſunt) *delicta venialia eſſe, non ex ſuapte natura, ſed quia Dei miſericordia veniam conſequuntur.* Et lib. 3. cap. 4. §. 28. *Cæterum fidelium peccata venialia eſſe, non quia non mortem mereantur, ſed quia non imputantur.*

12 Ex his Caluini verbis colliguntur tria puncta. *PRIMVM*, omnia peccata ex natura ſua eſſe mortalia. *ALTERVM*, peccata impiorum manere mortalia, & nunquam deleri aut veniam conſequi. *TERTIVM*, peccata ſanctorum (Caluiniſtarum, qui ex vtero materno ſancti ſunt) ex

mortalibus fieri venialia, & nunquam illis imputari. *IGITVR* etiamsi Caluinistæ cõmittant furta, homicidia, sacrilegia, adulteria, & quæcunque alia enormia flagitia; nihilominus manere sanctos (quales ex vtero materno nati sunt) nec quicquam illis obesse, quod huiusmodi sceleribus se immergant. At si reliqui tale quippiam perpetrent, reos esse æternæ mortis, nec vnquam salutem sperare posse. Quis cum tali priuilegio non malit esse Caluinista?

EXAMEN.

3 Hoc Priuilegium Caluinistarum maius est, quam fortasse apparet. Nec scio quenquam in veteri aut nouo Testamento, qui simili Priuilegio vsus sit. Vnde facile conijci potest, quo loco apud Deum ipsi sint præ aliis mortalibus. *ADAM* propter vnum peccatum inobedientiæ è Paradiso expulsus est; ex immortali, factus est mortalis: & totam suam posteritatem morti ac peccato obnoxiam reddidit. Grauis pæna. At Caluinistis impunè licet esse inobediẽtes: quotidie violant legem Decalogi, & manent æquè sancti. *DAVID*, vir secundum cor Dei, adulterium & homicidium commiserat. Quid illi factum? Audi Scripturam, 2.Reg. 12. 9. *Quare contẽpsisti verbum*

bum Domini, vt faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi. Quã-obrem non recedet gladius de domo tua vsq; in sempiternum. Si fuisset Caluinista, non accepisset tam duram sententiam. Solo priuilegio poterat liberari ab omni pœna. *PETRVS* Apostolus negauit Christum cum periurio. An impunè? Nullo modo. Alioqui tam amarè lachrimatus non esset. Caluinistæ non indigent his lachrimis. Etsi enim periuri sint, tamen periurium ipsis non imputatur.

4 *DICAM* amplius. Core, Dathan & Abiron, contra Mosen murmurarunt. Quo euentu? *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit eos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum, descenderuntque viui ad infernum.* Num. 16. 31. Caluinistæ quotidie murmurant contra Pontificem & Episcopos; & benè ipsis est: rebelles sunt suis Regibus, & laudem inde merentur.

5. Venio ad nostra tempora. *CATHOLICI*, si obediant Pontifici, habentur pro Antichristi satellitibus: si intersint Missæ sacrificio, sacrilegi audiunt: si obseruent ieiunia, de hypocrisi notantur: si diebus festis abstineant ab externo opere, & impensius vacent diuino cultui, superstitiosi

habentur: si voueant castitatem, excusari non possunt: si statum religiosum ineant, sexcentis diris deuouentur. Vno verbo, quocunque modo se gerant, rei sunt mortis ac damnationis. Omnia ad supplicium imputantur. Quanto feliciores Caluinistæ. Etiamsi pessimè agant, nihil tale merentur. Regicidia, sacrilegia, proditiones, rebelliones, blasphemiæ, tantum abest, vt ipsis imputentur, vt ne nomina quidem eorum flagitiorum in ipsos conueniant. Mirum, si hoc priuilegio fruituri sint post hanc vitam.

X. PRIVILEGIVM.

Caluinistæ possunt impunè mentiri & calūniari, suumq; Euãgelium hoc modo propagare & Catholicorum vitam ac doctrinam traducere.

1. HOc priuilegium præcedenti annexum est. Nam si nulla peccata, quãtumuis enormia, Caluinistis imputantur; certè nec mendacia, nec calumnias imputari necesse est. Impunè igitur mentiri & tcalumniari possunt. Et hoc strenuè faciunt.

Incipi-

Incipiam à mendaciis.

2. Caluinus qui aliis in hoc genere præluxit, insigne specimen huius priuilegii exhibuit libro 4. inst. capite 7. §. 27. vbi ait; Pontifices cum Cardinalibus docere, nullum esse Deum, nullum Christum, nullam resurrectionē. Verba eius sunt hæc; *Quasi vero dubiū sit, qualem religionis speciem professi sint iam pridē Pontifices cum toto Cardinalium collegio, & hodie profiteantur. Primum enim arcanæ illius theologiæ. quæ inter eos regnat, caput est, nullum esse Deum. Alterum, quæcunque de Christo scripta sunt, ac docentur, mendacia esse, & imposturas. Tertium, doctrinam de vita futura & vltima resurrectione, meras esse fabulas. Iam pridem hæc ordinaria esse cepit Pontificum religio.* Quid hoc mendacio potest esse mendacius? Quanto rectius dixerim; Iam pridem hæc ordinaria esse cepit Caluini, mentiendi libido.

3 *SED*, an solus Caluinus mendax? Etiam asseclæ ipsius hoc priuilegio se tuētur. Lōgum esset de singulis seorsim dicere. Paucos duntaxat attingam. Igitur *GABRIEL POVELVS* in libro de Antichristo, aliquot mendaciorum plaustris obruere Catholicos conatus est. Ait eos docere hæc puncta. 1. quod Papa possit dispensare contra vetus ac nouum Testamentum. 2. quod pos-

ſit creare, ſeu aliquid ex nihilo producere. 3. quod Sacramenta à Chriſto inſtituta mutare, quoad eorum ſubſtantiam. 4. quod maius peccatum ſit, comedere carnes die prohibito, quam adulterium committere. Hæc & ſimilia, quæ ille author commemorat, an non mendaciorum portenta ſunt?

4 Quid dicam de Pleſſæo, Paræo, & aliis? Scripſit *PLESSAEVS* Tractatum de Euchariſtia, in quo tot mendacia paſſim occurrunt, vt *EPISCOPVS* Ebroicenſis (qui nunc Cardinalis eſt) publico ſcripto profeſſus ſit, ſe quingenta loca, falſo in eo allegata, coram Chriſtianiſſimo Galliarum Rege, demonſtrare poſſe, ac paratum eſſe. Iam *DAVID PARAEVS*, quot mendaciorum conuictus eſt à noſtro *MOLHVSINO*? Imo, tam infamis in hoc genere eſt, vt ab ipſis Caluiniſtis, præſertim à *IOSEPHO SCALIGERO*, palam proclamatus ſit mẽdax. Ex his paucis, diſce alios. Eodem omnes gaudent priuilegio.

5 Audiamus calumnias. Sparſerunt Caluiniſtæ annis ſuperioribus, Ieſuitas in Belgio machinatos eſſe mortem *MAVRITIO* Comiti Naſſauio. Calumnia hæc, publica Magiſtratuum ac Rerumpublicarum authoritate refutata eſt. *SPARSERVNT*, Antuerpiæ, infami ſupplicio affectum fuiſſe Ieſuitam propter enorme crimen. Vniuerſa

uersa Antuerpia reclamauit. *SPARSERVNT*, Iesuitas Monachienses in Bauaria, non modo stuprum virgini obtulisse, sed atrox etiam homicidium patrasse. Serenissimi Ducis imperio, calumnia hæc solenni diplomate detecta & dissipata est. *SPARSERVNT*, quatuor Iesuitas propter enormia facinora, Cracouiæ in Polonia, mandato serenissimi Regis *STEPHANI* morti destinatos esse. Hanc fabulam ipsemet Stephanus Rex, vrgente Reuerendiss. & Illustriss. Principe *VVOLFGANGO*, Archiepiscopo Moguntino, qui in criminis societatem vocabatur, regiis literis ac sigillo cõfutauit. *SPARSERVNT* non ita pridem, Christianissimum Galliæ ac Nauarræ Regem *HENRICVM*, instinctu ac consilio Iesuitarum, à sicario occisum esse. Sed fatentur ipsi, calumniam esse. Et quid dicam cætera? Vno verbo, Caluinistici Prædicantes, renitente etiam conscientia, passim clamant in suis cathedris, Iesuitas omnium fraudum ac malorum, quæ in mundo fiunt, authores & architectos esse. Nec dubito, si ita pergãt, breui futurum, vt ausint populo persuadere, Iesuitas peccatum originale in hunc mundum induxisse: & in auriculari confessione, consilium dedisse Cain, vt fratrem interficeret; & Absaloni, vt parentem bello persequeretur.

EXA-

6 Fateor, hoc priuilegium mentiendi & calumniandi antiquum esse; & crebram eius mētionē fieri in sacris literis vtriusque Testamēti. Sed duo obstant, quo minus probari possit. vnū q; à Diabolo, nō à *DEO*, cōcessū sit Caluinistis. Sicut enī Deus verax est, imo ipsa Veritas, Ioā. 14. 6. *Ego sum via, veritas, & vita*: sic Diabolus mendax est, & pater mendacii; Ioan. 8. 44. *Non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius*, *ALTERVM*, quod grauis pœna in mendaces & calumniatores à Deo constituta sit. Prouerb. 12. 22. *Abominatio est Domino labia mendacia*. Et cap. 19. 5. *Qui mendacia loquitur, nō effugiet*. Sap. 1. 11. *Os quod mentitur, occidit animam*.

7 *HINC* sequitur, quotquot vsurpant hoc priuilegium, non Dei, sed Diaboli filios esse, iuxta illud Christi Ioan. 8. 44. *Vos ex patre Diabolo estis. qui in veritate non stetit*. *TALES* fuerunt duo senes, qui per mendacium & calumniam accusabant Susannam de adulterio. *TALIS* vxor Phutipharis in Ægypto, quæ Iosephum eiusdem flagitii reum esse clamabat. *TALES* Pharisæi in Euangelio, qui de Ioanne Baptista dicebant; *Dæmonium habet*: Et de Christo Saluatore; *Ecce homo vorax & potator vini,*

publica-

publicanorum & peccatorum amicus, Lucæ 11. 19. *TALES* denique illi de quibus ipſe Diabolus, 2. Paralip. 18. 12. *Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius*. An igitur tales & Caluiniſtæ? Facilis coniectura.

XI. PRIVILEGIVM.

Caluiniſtæ impunè poſſunt, nō modo Catholicos; ſed etiam ſe mutuo, conuitiis ac maledictis inſectari, ſine vllo ſalutis aut ſanctitatis diſpendio.

1. HOc priuilegium affine eſt præcedenti, & ex eodem fonte, ortum habet; nempe à Diabolo. Eſt autem in magno vigore ac vſu apud Caluiniſtas. Ac *PRIMO*, quæ conuitia ſpargant ipſi in Chatholicos, notiſſimum eſt. *CALVINVS* in Antidoto Concilii Tridentini, paſſim eos vocat *ſtupidos, quisquilias, aſinos, porcos, pecudes, craſſos boues, otioſos ventres, mendicabula, putrida cadauera, ſilicernia, blaterones, Patres cornutos, Tridentinam colluiem; exitialia monſtra, ſpurios, degeneres, meretricis filios; Chriſti hoſtes, Antichriſti*

Legá-

Legatos. Et quæ ſimilia ſunt. Quis non obſtupeat ad has voces? Imo quod grauius eſt, Sanctos cum *CHRISTO* regnantes, appellat *laruas, beſtias, carnifices*; vt ſupra oſtenſum eſt.

2 *GABRIEL* Bouelus in libro de Antichriſto, ait, Pontificem Romanum eſſe *Dei hoſte Chriſti perduellem, religionis aduerſarium hæreſeos antiſtitem. Eccleſiæ parricidam, pacis turbatorem, ſentinam impietatis, mancipium Diaboli*. Cardinales eſſe *locuſtas vaſtatrices*: Canonicos, *mendaces & homicidas*: Catholicos omnes, quotquot ſunt, *Satanæ mancipia*, & *Antichriſti ſatellites*. Quis finis conuitiorum?

3 *BATAVVS* Caluiniſta, *in tertia Defenſione Fœderatorum inferioris Germaniæ*, Regem Hiſpaniæ Philippum vocat *raptorem & notorium hæreticum*: Archiduces Auſtriç, *perfidos*: Ducem Sabaudiæ, *crudelem & perfidum*: Sigiſmundum Poloniæ *Regem non diſſimilem*: Sereniſſimos Albertum & Claram Eugeniam, *veræ pacis impedimentum*: & Catholicos omnes, *Turcis deteriores*.

4 *IOSEPHVS* Scaliger in quadam præfatione ad Ioannem Druſium, appellat doctiſſimum virum *MARTINVM DELRIVM*, *lutum ſtercore maceratum, dæmoniacum, retrimentũ inſcitiæ, ſterquilinium, ſtercus Diaboli, ſcarabæum, laruam, Antichriſtum,*

christum, pecus, postremam bestiarum, infame propudium, asinum. Κάθαρμα.

5 Sed multo clarius apparebit vsus huius priuilegii, si ostendam, quomodo se mutuò pectant Caluinistæ. Nec longè abibo. Idem *SCALIGER*, quem Caluiniani, tanquam Deum quendam terrestrem venerantur, in Elencho vtriusque orationis chronologicæ, pulcherrimis epithetis ornat *DAVIDEM PARAEVM*, eiusdem sectæ Caluinianæ Professorem Heidelbergensem. Ait esse hominem *insanum, arrogantem, idiotam, stercora colligentem, prophanitatum buccinatorem, asininum, sycophantem, helleborismo egentem, mendacem, communi sensu destitutum.*

6 Si Catholicorum aliquis ita scriberet, quas nō tragœdias in eum concitarent Caluinistæ. Scaliger, quia Caluinista est, impunè fecit. Imo, non vitio, sed virtuti eius tribuitur, quod fecit. Nam Franciscus Gummarus, qui & ipse Caluinista est, eidem Scaligeri Elencho præfixit præfationē, in qua dicit, *tria potissimū in Scaligero admiranda esse, pietatem, doctrinam, candorem.* Mox sequitur Elenchus, in quo admirandæ illius pietatis, doctrinæ & candoris ea signa seu vestigia reperiūtur, quæ iam allata sunt.

7 Sed neque *PARAEVS* minus candidè & fraternè agit cum suo *SCALIGERO*: a

quo tam

quo tam ſuauiter depexus eſt. Scripſit Epiſtolam ad amicum anonymum, *de Ioſephi Scaligeri Elenchis chronologicis*, in qua aſſerit, Elenchos illos eſſe *inſanos*, *verrinos*, *maledicos*, *futiles*, *dicaces*, *impios*, *vanos*, *ridiculos*, *ſpurcos*; *oletis*, *ſtercoribus*, *ſterquiliniis*, *latrinis*, *cloacis lutulentis oletatos*; *plenos dicteriorum*, *probrorum*, *ſarcaſmorũ*, *ſcommatum*, *aculeorum*, *corybantiaſmorũ*, *helleboriſmorum*, *& ſimilium gryphorum*. Et quod Gummarus *candorem* vocat in Scaligero, Paræus *intemperiem*, *arrogantiam*, *maledicentiam*, *tyrannidem*, *atrocem iniuriam*, *& diras inſectationes interpretatur*. Cui credas?

EXAMEN.

8 Quis noſtrum non inuideat Caluiniſtis hoc priuilegium? Nobis ſeuerè dictum eſt in Euangelio, Matth. 5. 22. *Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis*. Itaq; nobis, qui Catholici ſumus, non licet vti conuitiis in proximos; nec alter alterum poteſt ſtultum aut fatuum appellare. Et qui id fecerit, non impunè fecerit; ſed reus erit gehennæ ignis. Caluiniſtis plus licet. Non ſolum fatuos ſeu ſtultos ſe mutuo appellãt, ſed etiam *ſtercoreos*, *prophanos*, *aſininos*, *dæmoniacos*, *ſpurcos*, vt iam oſtenſum eſt. Et hæc õnia impunè, vt ipſi quidem putãt.

9 DICES

9 *DICES*; Cur ergo Caluiniſtæ vocant ſe Euangelicos, ſi non viuunt ſecundùm Euangelium? Euangelium minatur: *Si quis dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Caluiniſtæ non curant has minas. An igitur Euangelici? Facilis reſponſio. Euangelici ſunt, non facto, ſed verbo: aut ſi vis, Euangelici, in paucis, non in omnibus. Legunt in Euangelio, Chriſtum iuiſſe ad nuptias, & bibiſſe vinum; Iudam habuiſſe loculos, & prodidiſſe ſuum Dominum; mulierem in adulterio deprehenſam, pœnam euaſiſſe; Herodis filiã ſaltaſſe in conuiuio. Hic planè Euangelici ſunt. Iterum legunt, Chriſtum ieiunaſſe 40. diebus; lauiſſe pedes Apoſtolorum; pernoctaſſe in oratione; flexis genibus precatum eſſe; crucem ſuſtinuiſſe. Hic Libertini ſunt, non Euangelici.

XII. PRIVILEGIVM.

Caluiniſtæ poßunt ſuos reges & Principes ſeculares deponere, expellere & interficere, quando ipſis viſum eſt.

1. ITa Caluinus in cap. 6. Danielis, Beza Epiſt. 41. David Paræus in c. 13. Epiſt.

13. Epist. ad Romanos, Batauus Caluinista in famoso libello, qui inscribitur: *Fœderatorum inferioris Germaniæ Defensio tertia*, & alii. Verba illorum paulo post citabo.

2 Et quidem Paræus conatur multis argumentis id probare: & assignat varios casus, in quibus liceat vti hoc priuilegio, id est, in quibus liceat deponere, expellere, interficere Reges ac Principes. *PRIMO*, quando degenerant in tyrannos. *SECVNDO*, quando suos subditos cogunt ad idololatriam, id est, ad Papatum, vt ipse intelligit. *TERTIO*, quando prætextu religionis aut iustitiæ, quærunt propria commoda. *QVINTO*, quando grauant conscientias subditorum. *SEXTO*, quando sunt homicidæ, vt Athalia; vel luxuriosi & ignaui, vt VVenceslaus; vel stolidi, vt Saul; vel infideles, vt Reges olim Macedonici; vel Pontifici adhærentes, vt Catholici.

3 Hoc priuilegio, extra iam dictos casus, voluerunt vti Caluinistæ in Scotia, quando Serenissimum Iacobum, qui nunc magnæ Britanniæ Rex est, adhuc in vtero materno existentem, conati sunt è medio tollere, antequam lucem aspiceret. Res nota est. Et fatetur ipse Rex in sua Monitoria Præfatione ad Imperatorem, Reges & Principes, his verbis: *Ego à Puritanis non solum à natiuitate continuò vexatus fui; verum etiam in ipso*

in ipso matris vtero propemodum extinctus, antequam in lucem editus essem.

4 Nititur autem hoc priuilegium his potissimum fundamẽtis. *PRIMVM* est, quod peccata Caluinistarũ non imputentur ipsis coram Deo, vt supra ex Caluino ostensum est. Sunt enim (suo iudicio) sancti, & hæredes vitæ æternæ, iam inde ab vtero materno; ac proinde nulla peccata, quantumuis enormia, possunt illos arcere ab ingressu vitæ æternæ. Vnde sequitur, Regicidia ab illis perpetrata, non imputari ipsis à Deo, sed gratis condonari. Posse igitur Caluinistas, salua & secura conscientia, mactare suos Reges ac Principes, nec vllam ex eo facto offensam apud Deum extimescere. Caueant hîc sibi Reges: Caueat Rex Britanniæ, ne extra vterum interficiatur, qui in vtero ab iis interfici non potuit.

5 *ALTERVM* est, quod Deus sit author omnium peccatorum, nec vllum peccatum à Caluinistis committatur, nisi Deo instigante & impellente. Vnde sequitur, Deum quoque Regicidiorum auctorem esse; & omnia regicidia, quæ à Caluinistis perpetrantur, Deo impulsore perpetrari. Caluinistas ergo, quando suos Reges aut Principes interficiunt, bona fide posse affirmare, non se, sed Deum auctoré esse illius facti: se quidem instrumẽta esse diuinæ voluntatis

Deum tamen esse causam principalem. Sic enim loquitur Caluinus lib. 1. cap. 17. §. 5. *Ego plus concedo, fures & homicidas, & alios maleficos, diuinæ esse prouidentiæ instrumenta.* Et cap. 18. §. 1. *Inde colligimus, eius probationis, cuius Satan & scelesti latrones ministri fuerunt, Deum fuisse authorem.* Et infra ibidem: *Ergo quidquid agitent homines, vel Satan ipse, Deus tamen clauum tenet.* Et §. 2. de Assyriis: *Vnde apparet, certa destinatione Dei fuisse impulsos*: nimirum ad rapinas & homicidia.

6 *TERTIVM* est, quod Caluinistis liceat imitari factum eorum, qui ante hæc tempora suos Reges ac Principes interfecerunt aut exauthorarunt. Ita Dauid Paræus loco supra citato, vbi adducit varia exempla expulsorum aut interfectorũ Regum; quorum alii propter tyrannidem; alii ob homicidium; alii ob lasciuiam & ignauiam; alii ob alias causas, à suis subditis aut mactati, aut regno exuti sunt. Vnde sequitur, idem licere Caluinistis. Itaque Caluinistas, quibus ex priuilegio mentiri & calumniari fas est, facile inuenturos aliquem prætextum, quo dicant, se legitime suos magistratus exauthorare, aut è medio tollere.

7 *QVARTVM* est, quod Pontifex Romanus sit Antichristus, & omnes Reges ac Principes Pontifici adhærentes, sint hære-

tici,

tici, idololatræ, Antichriſtiani. Hoc paſſim docent Caluiniſtæ, vt ſupra oſtendi. Ex quo inferunt, vi ac bello licitum eſſe agere, non modo contra Pontificem, ſed etiam contra Reges & Principes Pontifici adhærentes. Dauid Paræus de Pontifice ſic ſcribit: *Chriſtiani Reges & Principes debent reſiſtere tyrannidi Pontificiæ, etiam gladio & vi.* Et de Regibus ac Principibus Pontificiis: *Subditi aduerſus ſuperiorem magiſtratum, ſe & veram religionem, etiam armis iure defendere poſſunt, ſi aliter in conſcientia incolumes eſſe non queant*, id eſt, Si ſubditi Caluiniſtæ habeant magiſtratum Catholicum, cum quo non ſentiunt in conſcientia, poſſunt armis contra illum agere, & ſuam cōſcientiam vi defendere.

8 Hoc ſenſu ſcripſit Batauus Caluiniſta in ſuo famoſo libello, quem ſupra citaui: *An non potius Regem Hiſpaniæ, quia hæreticus notorius eſt, ex ſuo regno, omnibus omniū Euangelicorum viribus expellere oporteret?* Vocat illum, hæreticum notorium, quia Catholicus eſt, & Pontificis authoritatem agnoſcit. Itaque ex ſententia huius Bataui, omnes Reges ac Principes, qui eandem fidem profitentur, cum Philippo Hiſpaniarum Rege, poſſunt è ſuis regnis expelli à Caluiniſtis. Quis igitur tutus & ſecurus?

9 Eodem ſpectat Caluini dictum in c. 6.

Danielis: *Principes, inquit, terreni, se contra Deum extollunt: sua ipsi potentia priuant: Imò verò indignissimi sunt, qui hominum cœtu ac numero reponantur. Potius igitur illis est facies conspuenda, quàm ipsorum imperiis obtemperandum, nisi omnem superstitionem extirpent & funditus tollant.* Vbi per superstitionem intelligit ritus ac ceremonias Catholicorum. Agit enim contra Reges & Principes Catholicos, qui huiusmodi ritus ac ceremonias non tollunt. Igitur ex verbis Caluini, pro confirmãdo priuilegio Caluinistarum, hæc colligimus. *PRIMO*, quod reges & principes Catholici, nisi tollant ritus Catholicorũ, ipso facto, priuati sint sua potentia & iurisdictione. *SECVNDO*, quod indignissimi sint, qui hominum cœtu ac numero reponantur, id est, dignissimi, qui è medio tollantur. *TERTIO*, quod facies illis potius sit conspuenda, quàm ipsorum imperiis obtemperandum. Videant nunc Catholici Principes, quid à Caluini sectatoribus sperare debeãt, nempe sputa, rebelliones, exilia, mortes.

EXAMEN.

10 Dicam modestè, quod sentio. Vigente hoc Priuilegio, vix video, quis Rex aut Princeps securus esse possit inter Caluinistas. Nam si semel incidat in aliquem casum

ex iis,

ex iis, quos ſupra ex Paræo commemoraui, quod facillimè fieri poteſt; iam morti deſtinatus eſt. Aut clarius; ſi habeatur tyrannus, ſi homicida, ſi luxurioſus, ſi ignauus, ſi infidelis; &, quod latiſſimè patet, ſi Pontificius, actum eſt de fama, imperio, vita.

11 Quis iam non meritò ſuſpicetur, *HENRICVM* Galliæ & Nauarræ Regem, aut conſciis, aut certè applaudentibus Caluiniſtis interſectum eſſe? Erat Rex Catholicus, & eiuſdem fidei ac religionis cum Philippo Rege Hiſpaniæ. Igitur ſecundum Batauum Caluiniſtam, *omnibus omnium Euangelicorum viribus ex regno Galliæ expellendus.* Non tollebat ritus ac ceremonias Catholicorum, ſed potius promouebat. Igitur, ſecundum Caluinum, *priuatus erat ſua iuriſdictione, indigniſſimus, qui hominum cœtu ac numero reponeretur; & facies illi potius conſpuenda, quàm ipſius imperio obtemperandũ.* Adhærebat Romano Pontifici, quem cõmunem Chriſtianorum Patrem appellare ſolitus eſt. Igitur ſecundũ Paręum, *vi, gladio, morte coercendus.*

12 *PORRO*, cum hæc omnia tam clara & perſpicua ſint, quid Caluiniſtis in mentem venit, quod paſſim clamẽt ac ſcribant, non ſe, ſed Ieſuitas Regicidas eſſe? Nimirum vtuntur ſuo priuilegio, id eſt, mentiuntur & calumniantur. Alioqui, ſi ſecluſis

mendaciis & calumniis, de rei veritate sit quæstio, nemini dubium est. Caluinistas in hoc puncto reos; Iesuitas innocentes esse. Hoc prolixè ostensum est à doctissimis viris, Cottono, Scribanio, Costero, Gretsero, Andrea Eudæmon Ioanne, & aliis. Ego paucis repetam, & declarabo. 1. testimonio ipsorum Regum. 2. aliorum testimonio. 3. aliunde.

13 Ac primò quid *IACOBVS*, magnæ Britanniæ Rex, de hac re sentiat, notum est ex monitoria ipsius præfatione ad Imperatorem, Reges, & Principes, quam supra citaui. Ibi enim multa scribit de Caluinistis, ex quibus facile ipsius sententia colligi potest. *PRIMO* dicit, Caluinistas deteriores esse latronibus. Hi enim priuatos tantum homines; illi Reges & Principes interficiunt. *SECVNDO*, se à Caluinistis in vtero materno prope interemptum esse. *TERTIO*, se sine intermissione ab iisdem vexari. *QVARTO*, maiori se odio prosequi Caluinistas, quàm Catholicos. *QVINTO*, præcipuam se operam collocasse in purgando regno ab hæresi Caluinistarũ. Verba Regis sunt hæc: *Præclara sanè laus, præclarum encomium, quo Puritanos ornaui, cum me plus fidei, vel in illis efferis, cum montanis, tum limitaneis latronibus, quàm in hoc genere hominum inuenisse professus sim.* Et iterum

iterum: *Ego à Puritanis non ſolùm à natiuitate continuò vexatus fui; verum etiam in ipſo matris vtero propemodum extinctus, antequam in lucem editus eſſem.* Et rurſum: *Ego in meo ad Filium libro multò acrius ac vehementius in Puritanos, quàm Pontificios inuectus ſum.* Et deniq;: *Mihi præcipuus labor fuit, deiectos Epiſcopos reſtituere, & Puritanorum Anarchiam expugnare.*

14 Quid hinc aliud colligas, quàm Caluiniſtas, ex ſententia Regis Britanniæ, in eo latronibus eſſe deteriores, quod Regũ vitæ & ſanguini inſidientur. Imo, quod Reges, ne in vteris quidem maternis ſecuri ſint à Caluiniſtis. Magnũ teſtimonium à magno Rege. *PORRO*, ſicut hic Rex ingenuè fatetur, Caluiniſtas regicidiorum reos eſſe; ſic contra, *HENRICVS* Galliæ & Nauarræ Rex, publico in cõſeſſu Præſidum ac Senatorum Curiæ Pariſienſis, Ieſuitas ab hoc crimine innocentes eſſe pronũtiauit. Verba eius ſunt hæc: *Quod de Pontifice Max. optimè ſentiant, eumq; reuereantur, id quoq; ipſe facio. Ac tamen non ſum neſcius, nihil ab iis amplius de ſummi Pontificis poteſtate dici aut doceri, quàm reliqui Theologi, Catholicaq; doceat Eccleſia. Neq; verò aliquid docẽt, quod Eccleſiaſtici mihi nõ tribuant, quod eſt tribuendum. Nec vnquam inuentus eſt, qui ab iis necem Regum didicerit. Quare totum hoc quod illis obiicitur, nihil eſt.*

25. Quid poterat dici clarius pro Iesuitarum innocentia? Clament nunc Caluinistæ, & obiiciant, Iesuitas esse Regicidas. Sed vicissim audiant responsum à Rege; Totum hoc, quod illis obiicitur, nihil est. Imo conferant inter se iudicia & sententias duorum Regum Henrici & Iacobi. Hēricus Iesuitas accusatos de Regicidio, legitimè absoluit, & innocentes pronunciauit. Iacobus, Caluinistas ipse accusat, & reos esse vult. Conferant etiam facta vtriusque Regis. Iacobus conatur Regnum suum purgare à Caluinistarum secta. Henricus multo aliter egit cum Iesuitis. *PRIMO* reuocauit eos in suum regnum, ex quo erant expulsi *SECVNDO*, pōst reuocationem, voluit illorum esse Patronus ac Parens. *TERTIO*. Flexiæ, vbi natus est, Collegium illis instituit ac dotauit. Imo proprium Palatium pro Collegio esse voluit. *QVARTO*, in aliis quoque locis, noua Collegia erigi & fundari passus est *QVINTO*, ex Iesuitarum numero P. Cottonum elegit, qui ipsi à confessione & concionibus esset. *SEXTO*, ipsius studio ac impensis missi sunt Constantinopolim Iesuitæ, vt ibi conuertendis infidelibus operam darēt. *SEPTIMO*, insigni eleemosyna Collegium Romanum in necessitate subleuauit. *OCTAVO*, famosam illam Pyramidē, quæ

Parisiis

Parisiis in Iesuitarum ignominiam erecta stabat, penitus disturbauit. *NONO*, Cor suum non alibi, quam Fléxiæ in templo Iesuitarum, sepeliri voluit. Quis credat, Regem sagacissmum hæc facturum fuisse, si putasset Iesuitas esse Regicidas?

16. Iam si spectemus ea quæ post mortem Magni illius Regis, partim à Regina Vidua, partim à Filio Ludouico facta sunt. omnino perspicuum erit, nullam apud eos esse, aut fuisse suspicionem de Iesuitis quasi ipsi Regicidii authores essent, *PRIMO*, quia P. Cottonus, qui ante cædem erat in Aula Regia, postea ibidem mansit cum bona Reginæ & Filii voluntate. Imo, ad huc Filii instructor & cófessarius est. *SECVNDO*, quia Cor Regis solenni ritu traditum est Iesuitis, qui illud in suo Templo Flexiensi, sicut Rex viuens constituerat, insigni pompa sepelierunt. *TERTIO*, quia Ludouicus, tanquam Regni paterni hæres, Regio diplomate, Iesuitarum studia, labores, & Collegia confirmauit. *QVARTO*, quia Episcopus Parisiensis, Consiliarius Regius, de eorum innocentia præclarè testatus est. *QVINTO*, quia Ioannes Antonius Ioualinus, Bibliopola Caluinianus, eo quod libellum famosum in Iesuitas sparsisset, publicè comprehensus, & exilii damnatus est:

17. Et quidem Diploma Ludouici Regis sic habet; *Cum Henricus Magnus Dominus & Pater noster, in obsequii sui bonũ subditorumq́ suorum commodũ, vtile ac valde necessariũ fore iudicasset, Iesuitas in regnum suum, terras, & dominia introducere, ac statuere, habito cum Principibus consanguineis nostris, præcipuisq́ Regni ministris maturo consilio; ex ipsorum iudicio, ac suo motu proprio, certa scientia, plena potestate, & auctoritate regia, eisdem Iesuitis, edicto lato mẽse Septembri ãni 1603. facultatem concessit redeundi, & habitandi in locis ac partibus*

præfa

præfato edicto contentis, aliisq; postmodum, literis suis, concedēdis. Quo edicto in Regio nostro Parlamento Parisiēsi registrato, 2. Iãuarii anni millesimi sexcētesimi quarti; præfatus Dominus & Pater noster, eisdem Iesuitis, plurimas Regni huius ciuitates inhabitandi potestatem fecit; quod quidem summa cũ subditorum nostrorum voluptate factum, & executioni mandatum est, qui in educatione filiorum suorum ad pietatem, iuncto bonarum litterarũ studio, quidquid optare potuissent, assecuti sũt; ac dicto Domino ac Patri nostro adeo

probati ſunt, vt in ipſorum manus proprium cor deponere ſtatuerit. Quod quidem poſt eius obitum ipsis traditum, & in Flexianum Templum delatum fuit. Ideo, ne quis voluntatem noſtram in dubium reuocare poßit, ex certa ſcientia noſtra, plena poteſtate, proprio motu, & authoritate regia, ob eaſdem rationes, quæ prædictum Dominum & Patrem noſtrum permouerunt, quæq́; adhuc perſeuerant, præſentibus manu noſtra ſubſcriptis, ex iudicio Dilectißimæ & honorantiſsimæ Reginæ Regentis Matris noſtræ, conſanguineorum no-

ſtrorum

ſtrorum Principum, ac præcipuorum Regni noſtri Miniſtrorum laudauimus, confirmauimus, approbauimus, & ratam habuimus, laudamus, confirmamus, approbamus, & ratam habemus præfatorum Ieſuitarum in hoc Regnum noſtrum, partes, terras, ac dominia nobis ſubdita admiſſionem. Ac quantum opus eſt, aut foret, denuo conceßimus ac permiſimus, concedimus & permittimus ipſis, poſſe degere ac inhabitare, in quibus admiſſi ſunt, aut inpoſterum admittentur, obſeruãdo ea, quæ in præhabito mẽſis Septẽbr. edicto, ãni mil-

lesimi sexcẽtesimi tertij, continentur, aliisq; litteris ac ordinationibus à prædicto Domino & Patre nostro factis: quibus placet nobis, ac volumus eos vti & gaudere, eadem ratione, qua ante hac vsi sunt, ac modo vtũtur & gaudent. Præcipimus Consiliariis nostris in Curia Parlamenti, Seneschalchis, cæterisq; iustitiæ administris, quorũ opera requiretur, quatenus has litteras nostras, ac Iesuitas integrè, pacificè, ac perpetuo vti & gaudere curent &c.

18 Hactenus Ludouici Regis diploma. Sequitur testimonium Henrici Gondei, Parisiensis Episcopi, & Consiliarii Regii, in hæc verba: *Cum post crudele in defuncti Regis*

Regis personam, quem Deus absoluat, perpetratū Parricidium, plurimi rumores in hac ciuitate Parisiensi, in summum Patrum societatis Iesu damnum disseminati sint; nos eiusdem societatis honori ac famæ prouidere optantes, animaduerso, quod non aliundè, quàm ex peruerso atq; inimico aduersus dictos Patres animo huiusmodi rumores processerint; omnibus, quorum intererit, præsentibus manifestamus, præfatos rumores meras esse calūnias & imposturas, malitiosè contra ipsos conquisitas & inuentas, in Catholicæ;

Apostolicæ, & Romanæ religionis damnum. Atq; prædictos Patres, non modò penitus ab eiusmodi calumniis immunes esse; verum etiam ipsorum Societatem, tum propter doctrinã, tum propter piam vitam, Ecclesiæ Dei maximè vtilẽ, & huic Regno valde proficuam. In quorum fidem &c.

19. Addam etiam publicam Consilii sententiam de Iouiliano, qui libellum, *Anticottonum* nomine, (in quo Iesuitæ à Caluinistis accusabantur de Regicidio) in vulgus sparserat. Ea sic habet:

Dictum habebitur ex consilii sententia, audito super hac causa Procuratore Regio, quod ad reparationem eorum casuum, qui fusius in ipso litis instru-

instrumento continentur, Ioannes Antonius Iouilanus damnatus est, ipsumq́ damnamus ad mulctam honorariam foro faciendam, ipso die fori, cùm forum agetur, vbi nudato præter indusium corpore, apertoq́ capite, flexis genibus, suspensa è collo reste ac facem pondo duarũ librarum manugestans, alta voce, vt exaudiri poßit, renuntiabit, quod sceleste & malitiosè per diuersa huius vrbis loca proiecerit & sparserit folia, seu chartas impreßas, extractas ex libro quodam pernitioso & maligno, qui Anticottonus

inscribitur, ad turbandam quietem publicã, excitandas turbas, & seditionem in hac ciuitate mouendam composito, quod fusius habetur in instrumento litis. Cuius facti petet à Deo, Rege, & iustitia veniam. In ipsius autem præsentia, prædicta folia seu chartæ frangentur & dilacerabũtur. Inhibemus autem illi, & interdicimus sub pœna capitis, ne simile quid committat in posterum. Cæterum ad quinq; integros annos Regni Galliæ exilio illum mulctauimus & mulctamus.

20. Ex dictis colligo has anthitheses. 1. Caluinistæ docent, Deum esse authorem Regicidiorum: Iesuitæ, non Deum, sed Diabo-

Diabolum, iuxta illud Ioan. 8. 44. *homicida erat ab initio*. 2. Caluinistæ aiunt, Regicidia ipsis non imputari à Deo, ac proinde, secura conscientia, se posse Reges interficere. Iesuitæ contrarium tenent. 3. Caluinistæ accusantur à Rege Britanniæ, quod conati sint ipsum in vtero materno interficere; ideoq; latronibus peiores sint. Iesuitæ, ab Henrico Galliæ & Nauarræ Rege, à Regina vidua, à Ludouico hærede, ab Episcopo Parisiensi, à publica Consilii sententia, iudicantur non modò innocentes, sed etiam Regno vtiles & proficui. 4. Caluinistæ, propter calumnias & mendacia in Iesuitas sparsa, iubentur exulare à Regno Galliæ, tanquam turbulenti & seditiosi. Iesuitæ, propter vitæ & doctrinæ sanctimoniam, non modò retinentur in florentissimo illo regno, sed etiam ad plura loca quotidie admittuntur. Hæc sufficiant prudenti & sano lectori.

XIII. PRIVILEGIVM.

Caluinistæ nulla lege, nec diuina, nec humana obligantur, sed ab omni iugo & subiectio-

iectione penitus sunt liberi ac immunes.

1. Hoc Priuilegium maius est, quàm omnia præcedentia. Debet autem sic deduci ex principiis Caluinistarum; Lex Decalogi est impossibilis: Mosaica est abrogata: Christus nullam tulit: Humana non obligat; Omnino igitur liberi sumus.

2. Et in hoc puncto constituunt Caluinistæ libertatem suam Christianam. De qua Caluinus lib. 3. Inst. c. 19. ¶. 2. sic loquitur: *Christiana libertas in tribus partib. sita est. Prima, vt fidelium conscientiæ, dum fiducia suæ coram Deo iustificationis quærenda est, sese supra legem erigant atque efferant, totamque legis iustitiam obliuiscantur.* Et infra: *Sublata igitur legis mentione, vnam Dei misericordiam amplecti conuenit.* Et ¶. 4. *Conscientiæ liberæ sunt à iugo legis.* Et ¶. 7. reiicit omnes leges humanas, tam ecclesiasticas, quàm ciuiles, quæ latæ sunt circa res adiaphoras. *Tertia*, inquit, pars libertatis Christianæ est, *vt nullâ rerum externarum, quæ per se sunt adiaphoræ, religione coram Deo teneamur, quin eas nunc vsurpare, nunc omittere indifferenter liceat.* Hinc infert, neminem obligari ad leges humanas, quæ latæ sunt de ieiunio, de diebus festis.

3. Fun-

3. Fundatur hoc Priuilegium, quoad leges humanas, in duobus principiis. *VNO*, quòd Pontifex ſit Antichriſtus. Hinc tolluntur omnes leges Pontificię; omnes Canones; omnia decreta. *ALTERO*, quod non teneamur obedire Regibus & Principibus, ſi præcipiant aliquid extra Verbum Dei. Hinc tolluntur omnes leges Imperatoriæ & ciuiles.

EXAMEN.

4. Vt mihi quidem videtur, hoc Priuilegium eſt propriè hominum rebellium & improborum, qui, vt loquitur B. Iudas in Epiſtola canonica, *Dominationem ſpernũt, maieſtatem blaſphemant.* De quibus Paulus Apoſtolus 2.Tim.3.1. *In nouiſsimis diebus erunt homines, ſeipſos amantes, elati, ſuperbi, blaſphemi, ſuperioribus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine pace, criminatores.* Et infra: *Quemadmodum Iannes & Mambres reſtiterunt Moſi; ita & hi reſiſtunt veritati.*

5. *CATHOLICI* non vtuntur hoc Priuilegio, ſed obtemperant ſuis Magiſtratibus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, quia ſcriptum eſt, Deut.17.12. *Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur.* Et Matth.18.17. *Si Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & pu-*

& Publicanus. Et Lucæ 10.16. *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Et Rom. 13. 1. *Omnis anima poteſtatib. ſublimioribus ſubdita ſit. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo. Itaq; qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Et Hebr. 13.17. *Obedite Præpoſitis veſtris; & ſubiacete eis.* De hac re plura alibi ſeparatim.

EPILOGVS.

Hæc ſufficiant hoc loco de Priuilegiis Caluiniſtarum. Ex quibus obiter conſtat, qui & quales ſint Caluiniſtę. 1. Sancti ſunt ab vtero materno. 2. Sacerdotes Dei. 3. Certi de ſua ſalute & vita æterna. 4. Norunt diſcernere inter Scripturas canonicas & non canonicas. 5. Nunquam errant. 6. habent peculiarem doctrinã è cœlo delapſam. 7. ad eã tamen non aſtringuntur. 8. Habent etiam peculiare Purgatorium: Alii infernum vocant. 9. Impunè peccant: 10. Impunè mentiuntur & calumniantur. 11. Impunè conuitia & maledicta in alios iaciunt. 12. Poſſunt ſuos Reges & Principes interficere. 13. Liberi ſunt ab omni lege. Quid ſupereſt? Nempe, vt onuſti tot priuilegiis non curent cœlum.

FINIS.

SIMONIANI RITTINGINDONI, MINISTRI BRITANNI, DE *Priuilegiis Caluiniſtarum.*

ET

EPISTOLA SCVRRÆ DE OPPENHAIM, qui ſe GVILELMVM DE PRATIS Presbyterum Societatis IESV nominat,

IVDICIVM.

AD DAVIDEM PAREVM Profeſſorem Heidelbergenſem.

MOGVNTIÆ
Ex officina typographica Ioannis Albini.
Anno M. DCXII.

CLARISSIMO VIRO, HONORANDO FRATRI, DAVIDI PAREO, Academiæ Heidelbergensis προμάχῳ *& Pietatis reformatæ* ὑπερασπιστῇ πολυθρυλλητοτάτῳ.

GRatia, & pax in Iehoua nostro, & μονογενεῖ μεσίτῃ Messchicho, Tibi, tuisque Frater charissimè ἀπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ φωτοδότου semper augeatur. Meam pro Ecclesiarũ tranquillitate, piorumque consolatione, sollicitudinem, & ex offensis, quæ trepidas conscientias, mirum in modum vastant, dolorem, iam multos annos expertus sum, mihi tecum esse communem, qua causa etiamnum, vt alias, animi mei turbas, angoresque, in sinum tuum effundere decreui: nam τῇ τῶν φίλων κοινωνίᾳ egeritur molestia, & meritò à vobis, vnde doloris est nata occasio, consolationum θελκτήρια requiro. Quid ergo, inquies; ma-

lum, animi tui tranquillitatem turbat? quæ cura coquit? Dicam ſine ambagibus: (Ignoſcite germani fratres, ignoſce & tu mi Dauidiſce, communem Anglicanarum Eccleſiarum depromo querelam.) Veſtra τὰ παροίνια: hoc eſt, vt Angli interpretantur, quæ more Elamitarum inter libera vina, contra Romano-Catholicos, meditamini πρεῖσματα. αἰσχρολογίας, & τερατελείας. Rei ordinem ſic habeto.

Cauſa ſcandalorum. Libellus priuilegiorum.

ADuectus eſt nuper in regnum Magnæ Britanniæ, de Priuilegiis Caluiniſtarum, Martini Becani Ieſuitæ libellus, mole exiguus, ſed coacta in arctum vi efficaciſsimus, & infirmis conſcientiis planè lethalis. Narrant adoleſcentes noſtrates, de Germanica peregrinatione reduces, exemplariorum, mox ab ipſo prœlo χιλιάδας, diſtractas, auidè legi, etiam à piis, maximè fratribus noſtris, qui ſe dicunt Lutheranos, animos tamen erigebamus, quod iidem affirmarent, tam atroci malo, acre ἀλεξιφάρμακον Heidelbergenſium induſtria parari. Et quanquam non deeſſent, prudentes, & Politici, qui mœſta ἐπoχῇ, malè de remedio promiſſo ominarentur, quòd aduerſarium vafrum, exercitatum, & τῶν ἀπορρήτων καὶ μυστηρίων noſtrorum apprimè

apprimè gnarum, cauſa probabili, aut forte bona, fultum, de gradu deiicere, maius opus eſſet, quàm aut fratres Heidelbergenſes ſuſcipere auderent, aut præſtare poſſent: Nihilo tamen minus magna ſpe ſolidiſsimæ refutationis, nos ſolabamur; idq́ue egimus, vt interim ſimulanda fiducia populum teneremus, & cauſam totis eloquentiæ viribus, iuuaremus, quia ſcimus, diſputationibus illis formalibus Papiſtarum, verùm nimis anxiè & enucleatè ſcrutantibus, & falſa ἀποτόμως damnantibus, res noſtras fluere, & retrò ſublapſas referri. Verùm, omnia illa in irritum cecidêre, cùm allata eſt epiſtola, Guilhelmi de Pratis, ſocietatis Ieſu Presbyteri commentitia, medicina ipſo morbo nocentior. Conſtabat à noſtris ſcriptam. Sparſa ſubitò per lucripetas librarios, & vetera priuilegiorum vulnera renouauit, & noua fecit, tam vanitate & inſcitia, quàm (de fratrum ſententia hæc ſcribo) præuaricatione. Cùm autem plures Paſtores & Politici ſimul eſſemus, qui priuilegia & ſcriptum ſcurræ legeramus, ſeriò de paranda refutatione agi cœptum eſt, ac poſt diuturnam deliberationem definitum, vt collatione quiſque facta, in diem ſequentem, ſcripto ſententiam ſuam, cenſuramq́ue mihi traderet, vt pro familiaritate, qua olim in

Epiſtola fictitia non ſuſtulit ſcandala.

Symbola Caluiniſtica.

Germaniis arctiſsima, lætiſsimaque viximus, tibi tranſmitterem, in quibus fateor, plura ſunt duriuſcula, ſed religio mihi fuit, mutando lenire, quæ fratres, aut zelo, aut errore dixerunt, vel audita à Papiſtis, in Symbolam coniecerunt: ita enim fiet, vt mali magnitudinem & remedii τὸ ἀργὸν καὶ ἄχρηστον, ſtatumque noſtrarum Eccleſiarum, ὡς ἐν τῷ τύπῳ videre queant Germani. Hoc ſolùm obſecro frater, ne ſit mihi apud Heidelbergenſes meos ſcriptio fraudi, etſi enim meum eſt hîc nomen, & ſignum, labor colligendi, ordinandique ſententias, cenſura tamen eſt totius fraternitatis, cui ſi fidele ſcribendi miniſterium & candorem præſto, ideo nec religio mea in dubium vocari debet, nec à ſcriptore teneras auriculas aliqua veritatis aſperitate ſauciatas, par eſt abhorrere.

Quæ autem fratres, σύνεργοι noſtri, reprehenderunt, quædam ſunt communia, propria verò ſingulis priuilegiis plurima.

1. Scandalum de nominibus Caluiniſtarum.

Primò, in communibus, diſplicuit maximè, quòd Becano litem intendat, ſcurræ ſuffragator, *de nominibus, vt ait probroſis Caluiniſtarum, Picarditarum, Geuſiorum, Puritanorum, Hugonotarum.*

Caluiniſtas bona fide

Nam vir nobilis, qui Heidelbergâ Londinum venit, affirmat; Becanum proteſtari, ſe

ri; se non contumeliæ causâ (quemadmodum nos solemus, eos Papistas, Antichristianos, Bestialitas, Esauitas indigetare) sed necessitate his nominibus vsum. nam cōmuni vocabulo omnes se dicunt *Euangelicos*, qui Pontificem oderunt, inter quos sunt *LutheranoEuangelici, CaluinistEuangelici, PuritanEuangelici, AnabaptistEuangelici, LibertinEuangelici, SocinianEuangelici, ForstianoEuangelici*, porrò se sua priuilegia dedisse *Caluinisteuangelicis*. Quia tamen & illi variè nominātur, perspicuè se locutum, & nomina distinxisse. Neq; enim Geusios nouit Bohemus, neque Picarditas Belga, Hugonotæ quoque, & Puritani, suis ferè in regnis ita nominantur. debuisse quosque scire, quæ sibi priuilegia debeantur. 2. Etsi Pareus (1. Cor. 1. 12.) aliique pugnent, multos tamen ea appellatione sese ostentare, & ὑπερηφανᾶς ὑπερφρονεῖν. 3. Promittit se, vbi populus vsum, qui magister est, & norma loquendi mutârit, stylum quoque mutaturum.

Vocat Caluinistas Bescanus.

Sic enim vocari gaudent.

Secundò. *Geusios, ait, vocaui, hoc est, mendicos, ipse mendicus fateor.* Verùm an in hoc nomine ego vos baptizaui primus? nosti joculari dicto delectatos, hoc nomen sibi arrogasse, ac deinde vestitu, insignibus, ridiculis cæremoniis, firmasse, me puero

Geusii, mendici.

iam fossor & arator cantabat *Geux* : & : *Viue les Geux*. An nunc pudet originis? & solus in causam trahor, quem Europa penè tota præcessit? *At Ordines fœderati diuites sunt, Regum amici, vrbibus, portubus, exercitibus, classibus, ærario potentes, Hispani Regis, Europa, Asia, Africa, vtraque India, & cunctis atomorum intermundiis victores.* Sint verò ista, inquit Becanus: his bonis, diuitias magnitudinis, & bonitatis suæ Deus adiungat, atque ita deducat per bona temporalia, vt nõ amittant æterna: Ego communi nomine vsus sum, quod nunc secunda mutarunt, idque, vt à Lectoribus intelligerer, non vt paruis initiis hæc tanta creuisse exprobrarem. Quanquam cogor in huius nominis omine, diuinæ iustitiæ seueritatem intueri. Initio coierunt, vt ait Scurra, 400. nobiles, quos inter Auraicus, & Brederodius, & eundo, mirum [illegible] modum creuerunt, nunc vbi tot familiæ nobiles? Circumspice totas prouincias fœderatas, excisas, aut ad egestatem redactas videbis plurimas, aut inglorias viuere, & seruire τοῖς ἀδόξοις.

Diuitiæ ordinum fœderatorum.

Omen in nomine Geusiorum.

Tertiò. *Anglos dixi Puritanos, non Catharos.* Vincam vel Iudice Iacobo Magno, magnæ Britanniæ Rege, siue Puritani sint siue Impuritani, dicendos esse Puritanos. Et quid vos de Puritanis laboratis, vt honorificè

Puritani à Rege Britanniæ vocantur.

norificè compellentur, quos veſtri Epiſcopi, non alio nomine dignantur? & Rex ait: In latronibus efferis plus fidei: ſcilicet, *Dat veniam coruus vexat cenſura columbas.* Ego qui *Puritanos* dixi; vapulo: Regem, qui latronibus peiores iudicat, adulant.

Hæc Becanus. Medius Fidius, modeſtè, prudenter, & ἀνεγκλήτως.

Quartò. Mihi etiam, frater, res indigna videtur. de capite periclitamur, nos reduuiam curamus, de παρωνυχίᾳ querimur, & ecce, *rupto ſæuit vlcus hepate.* Becanum ob voculas ad pœnam poſcimus, magnos hoſtes, noſtra omnia agentes, & ferentes diſsimulamus. Nam primò cur nomina illa odimus? Fratres noſtri Lutherani, Heidelbergâ exules, olim id exprobrabant (ad Ioannem Caſimirum) Vns neme auch wunder / warumb der Gegentheil ſich ſo hoch beſchwer / daß wir ſie Zwinglianer vnd Caluiniſten nennen / ſo ſie doch des Zwinglij vnd Caluini Meynung vnd Grundt führen vnd verthendigen / ob ſie ſich dann jhrer Lehrmeiſter ſchämen? Wir zwar mögen wol leiden / daß man vns Lutheraner nennet / dann wir auch des Lutheri Meynung

Caluiniſtæ de voculis pugnant, rem deſperant.

Rectè Caluiniſtæ vocantur iudicio Lutheranorum.

vnd Bekandtnüs / (weil dieselbige inn GOttes Wort wol gegründet ist/) fühlen vnd belieben: Können vns auch nicht nemmen lassen / daß wir sie nicht sollen nennen / oder jhre Lehre widerlegen / wir wolten dann der Warheit selbst abstehen / vnser Bekandtnüs verleugnen / vnd vnsere Kirchen dem Wolff in den Rachen liefern. *Miramur cur tanto opere pars aduersaria doleat, se à nobis Zvvinglianorum & Caluinistarum nominibus vocari, cùm Zvvinglii tamen, & Caluini opinionem, fundamentaq; teneant, & propugnent. An eos suorum pudet Magistrorum? equidem non inuiti nos audimus Lutherani, nam Lutheri opinionem & confeßionem (quoniam in DEI verbo benè fundata est) sequimur & amplectimur. Nec committere possumus, vt eâ appellatione abstineamus, aut eorum doctrinam non refellamus, nisi ipsi à veritate desciscere, profeßionem nostram abnegare, Ecclesias, in fauces lupi tradere velimus.* Ecce à fratribus nostris didicit Becanus, nomen Caluinistarum: an ille suspicari debuit fratres fratrum nomina oblitos? Imò & aliud didicit, quod vereor, vt exprobret, *Lupi* nomen.

Imò & Lutheri.

1. An non Lutherus (Tischreden von

Schwär-

Schwärmern) nos vocat *Zvvinglianos:* nam *Picarditas* nondum exactè norat, & maiores nostros, non ita superstitiosos fuisse, verba eius demonstrant, (Tischreden von Schwärmern) *Omnes spiritus sectarii iustificando, iustificant, colunt pro sanctis Sectæ suæ Magistros, & fundatores, vt hodieq; Sacramentarii Zvvinglium, Oecolampadium, Muntzerũ, pro sanctis habent.*

3. Diuinum Lutherum si audies, cum Becano facile redibis in gratiam Tischreden von Schwärmern) *Muntzerus inquit, Carolstadius, Campanus, & iis similes hæretici & sectarii sunt, meri* incorporati dœmones. Nunc iura euersa fatêre: Becano irascerêre, hæc recitanti aliena, Lutherum laudas affirmantem.

Lutherani describunt Caluinistas.

4. Honorandus frater noster Philippus Nicolai, qui se dicit Lutheranum, *compendiosa instructione de Caluinistarum Deo & religione* (pag. 27.) *quærit: Serio ne existimas, Caluinistas loco Dei viuentis & veri, execrabilem Diabolum colere & inuocare?* Respondet: *Ex animi mei sententia sic habere rem, affirmo, & certam veritatem refero, neq; D. Luthero huius rei causâ in minimo repugnabo, verum pro indubitato testimonio accipio, quicquid ipse de his erroris spiritib⁹, in cõpendiosâ de Cœna confess. scribit:*

Nem-

Nemlich / daß sie haben eingeteuffelte / durchgeteuffelte / vberteuffelte Hertzen: diuinitatem illam eloquentiâ Latinâ linguâ assequi non potest, Græcâ adumbrare potest, ἐνδιαβολωθείσας, διαπερδιαβολωθείσας, ὑπερδιαβολωθείσας καρδίας, *indiabolificata, perdiabolificata, superdiabolificata pectora.* Et paulò post (ibidem pag. 32.) *Quid est Caluinistarum religio? Est abominatio desolationis, quæ stat in loco sancto.* Et (pag. 150. refutatione Caluinisticæ religionis) *Necesse est Spiritus sectarios desperatos esse animæcidas, nec vlla conscientia tangi.*

5. Neque mirum est alienos, aut æmulos contra nos insurgere. Patrem nostrum, qui nec odio nostri, nec in suum dedecus mentitus est, audire cogimur. (Caluinus Dan. 11. v. 34.) *In exiguo illorum numero, qui se ab Idololatriis Papatus subduxerunt, maior pars plena est perfidia & dolo. Præclarum quidem zelum simulant, si tamen intus excutias, reperies, plenos esse fraudibus.*

6. Imò hunc finem Euangelii nostri, ipse eius inuentor indicat (Caluinus in 2. Petri 1. cap. 2.) *Vix eorum decimus quisque est, qui alio nomine Euangelio nomen dederit, quàm vt solutius in omnem lasciuiam dif-*

flueret.

flueret. 1. amico æstimatore, non decimus, sed vix decimus. 2. judicium hoc charitatis fuit, alius vix vicesimũ censeret. 3. Propositum & causa mutandæ religionis mala; quot ex illis documentis alio fine nomen dederunt, sed deinde tamen perierunt?

7. Neque fratres nostri Lutherani aliud de Deo nostro, quàm consentaneum est moribus nostris sentiunt. D. Philippus Nicolai (de refut. Caluinist. relig. pag. 134.) *Cùm nostrum Deum ipsum peccatum, & omnibus diabolis peiorem dixisset: omnibus Christianis manifestum, ait; Deum quem colunt, inuocant, adorant Caluinistæ, esse desperatum Archinebulonem, archifurem, archilatronem, archimendacem, archiproditorem, archinequam, archisordes* (Ertzvnflat/) *archipatibularium, vt nullum homicidium, nullum furtum, nullum facinus, nulla fraus, nulla proditio, nihil dedecoris aut sceleris, nulla tanta nequitia toto orbe inueniri, aut cogitari potuerit, tam magna, tam horrenda, tam crassa, tam abominanda, quam non Caluinistarum Deus essentiali sua malitia, plus centies millies longè vincat & excedat*. Ecce qui talem nobis Deum donant, quales sentiunt nos esse, qui talem fingimus & colimus? Contra hæc armemur, fratribus nostris respõdeamus. Quid *Deus Caluinistarum.*

Becano

Becano molesti sumus de nomine? Interim si hæc sentiunt fratres nostri de Deo nostro, nonne quod olim Augustinus de gentibus pronuntiauit, in nostra consistoria conuenit? (August.lib.2. de Ciuit.Dei, cap. 27.) *Talis numinis placationem petulantissimam, impurissimam, impudentissimam, nequissimam, immundissimam, cuius actores laudanda Romanæ virtutis indoles, honore priuauit, tribu mouit, agnouit turpes, fecit infames.* Certè, qui tale numen vobis imponunt, de cultoribus mitius sentire non possunt, nam Deus ille, quicunque talis, nonnisi sceleribus placari potest.

Auxilium Epistolæ Pareanæ nauigat in Britannos.

Quintò; Offenderunt etiam tuæ, mi frater, *Encyclicæ*, quas nostris Ecclesiis in auxilium causæ, elaboratas industriâ, perfectas ingenio, sublimes ἀεροβατισμῷ legimus. Ego tamen & D. Decanus, hîc à cæteris dissentimus: quantum enim per Deum immortalem (si tamen est Deus aliquis) præsidium est nostris Ecclesiis, in tua prouidentia, studio, diligentia, qui non modò Becani *pilos, staturam, colorem*, sed quod in lente est oleum, *nomen eius inde vsque ab Illyrico mysticotatissimè sis interpretatus?* Cogor enim verbo vti ὑπερτάτῳ propter diuinissimam tuam μυστηριότητα.

Heca-

Hecatomben debes ingenio tuo, quod fecit libri Decaniani πρόσθυρον τηλαυγές. Quid enim fœlicius illo tuo συμπεράσματι; *ad Mosam Beca, ad Istrum rana, Ergo in Apocalypsi* (16. 13.) *Becanus*. Consequentia certa est; *nam Beca dicitur Vngaris Rana*. Φεῦ τῆς εὐστοχίας. macte virtute; talibus disputationum phalaricis transadigi, tantis rationum & scripturarum molibus adobrui Sophistam illum, oportuit. Et victum se sensit, legens enim illa, sublato in cœlum vultu, dixisse fertur: *Vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis*. (2. Regum 6. 22.) *Nam si Dominus meus vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*, (Psal. 21. 7.) *quanti mihi seruulo eius debet esse ranæ conuitium?* nouit ille neruos neruos tuos. Hæc mea est & Decani sententia: Cæteri in alia omnia abierunt, alius, *insulsum delirium ab Illyrico ductum*. alius: *Illo Silesio sene nemo est in tota stultior Illyride*. Quidam Politicus: *Pareanum est, deliria sua fanatica dicere Spiritum sanctum*. (Scalig. initio Elenchi orationis Chronol.) *Nunc opinor Parei paracletus γεροντιᾷ*. notaui hunc Scaligero & Gomaro familiarem fuisse.

Mysterium ex Vngaria.

Etym. Beca.

Becani mos in calumnia.

Nerui Parei.

Nolim tamen hac in re nos esse nimios.

Etymon Parei.

nam τὸ παλινδρομεῖν ἐστιν δύσχερές: quis enim non maiore plausu ex lingua sancta ex *Par*, *Parco* faciat פרא aut פר Taurum aut asinum, aut Ismahelitam? aut, si Rabbinis credimus, etiam hircum caprarum? (Gen. 16. 12.) in re non magna, crede mihi magna cautione opus est. Propter fratres nostros Lutherianos, qui *Deum nostrum Taurum* esse defendunt, & nos sub duce gregis *iuuencos & vaccas*; nam פרא *Pareus* medius est inter vitulum & perfectæ ætatis Taurum. Audi eorum dicta, quæ vix Latinè eâdem elegantiâ reddi possunt. Interrogatio. (Philip. Nicolai im kurtzen Bericht / von der Caluinisten Gott / vnd Religion / pag. 10.) Was mag dann der Caluinisten Gott für ein freundlich Angesicht haben? Resp. Er sihet aus / wie ein Brüllochs / dann gleich wie Wucherstier / oder Brüllochs für kein Hurer noch Ehbrecher mag gehalten werden / wann er schon auff alle Kühe springt: Also wil der Caluinisten Gott vnd Brüllgeist engelrein vnd heilig seyn / wann er schon die verruchte Buben / vnd verlohrne Höllenriegel zu allerley Sünd / Schand / Laster / nach seinem Muthwillen

Deus Caluinistarum Taurus seu Phareus.

willen reitzet/ locket/vnd treibet. Et: Also schreibet dieses Ochsengottes erstgeborne Creatur vnnd Apostel / der Zürchische Sanct Hulderich / in seinem Büchlein/ *de Prouidentia cap. 5.* Hoc est: *Quæstio: Quàm placido vultu Deus Caluinistarum renidet?* Responsio: *Tauricum tuetur, nam quemadmodum Taurus admissarius, scortator aut adulter existimari non potest, etsi iumentum omne fœcundet. Ita & Deus Caluinistarum, & μυκόπνευμα, angelicam sibi puritatem, sanctitatemque arrogat, etiam cùm infames nebulones, perditos, inferorum candidatos, ad omnia peccata, turpitudines, facinora, pro libidine sua incitat, allicit, impellit.* Et: *Ita scribit huius ταυροθέου primogenita creatura & Apostolus, Tigurinorum S. Huldericus, libello suo de Prouidentia, cap. 5.* Quanti putas illi futurum fuisse, hoc ex nomine tuo argumentum, cùm toties te ille traducat? Itaque etsi Tauri nomen honestius est, quàm asini, consultius tamen est, vt hoc fratrum nostrorum mysterium declinemus, Te Pareum, hoc est, onagrum, aut asinum, quàm ταῦρον θοεικὸν dicere. qua de re etiam sententiam fratrum Heidelbergensium exspectamus.

Rationes Becani non soluta.

Sextò: Offenſa grauior alia, non tam ex perſonæ contemptu orta eſt, quàm cauſæ præiudicio. Becanianis enim rationibus, vt plurimum nihil reſpondetur, aut reſponſio, dum ſcalmum tenet, nauem amittit. Maiores noſtri *Caluinus*, *Beza*, etiam victi, dicendo tamen effecerunt, vt non ſemper victi viderentur. Et cladium, quas *Pleſſei victi* ſtupor Gallicanis Eccleſiis intulit, nondum perſanata ſunt vulnera, ſed multa erant in eo conuentu, quæ miſero os obtunderent. Palmaria mendacia, falſi crimina deprehenſa, libri præſentes, corona, iudices, Regis, acerrimo iudicio, maieſtas. At vobis tempus & occaſio comminiſcendi fuit, vt citra graue periculum ſilere non potuiſſe, omnes noſtri conſentiant.

Scurræ ſcurrilitas.

Septimò: Quanta ſcurræ huius αἰσχρότης καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα. *Obſcœnitas & ſtultiloquium & ſcurrilitas, quæ non conueniunt.* (Epheſ. 5. 4.) Cenſorem veſtris moribus inducent Papiſtæ hominem profanum, (Ariſtotelem polit. 7. cap. 17.) ὅλως μὲν οὖν, inquit, αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ ἄλλο τι δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν: ἐκ τοῦ γὰρ εὐχερῶς λέγειν ὁτι οὖν τῶν αἰσχρῶν,

γίνε-

γίνεται τὸ ποιεῖν τὰ σύνεγγυς. quod eleganter noster Beza: *Legislatorem oportet, quantum aliud quippiam, sermonis turpitudinem, è ciuitate expellere, nam facilè turpia loquendo efficitur, vt homines his proxima faciant.* Et quanquam nos peiora his, non facere, non possumus, διὰ τὸ τοῦ νόμου ἀδύνατον, necesse est tamen, vt illi lasciua erat pagina, vita proba; ita nobis, quorum vita fatali necessitate est lasciua, verba esse proba. Non modo ne Becanus exaudiat, sed αἰδέομαι τρῶας καὶ τρωάδας ἑλκεσιπέπλους, propter fratres nostros Lutherianos, quos grauitas vultus & styli parentum nostrorum non absterruit, quominus eos tristes obscenos, & malè tectarum libidinum mancipia dicerent. Nos, frater, fescennina nostra, à conuiuiorum licentiosa hilaritate, in Ecclesiam inducimus? Verbum DEI scurrilitate contaminamus? Euangelium μωρολογίᾳ pessum damus, quâ ne liceret quidem, si fieri posset, defendere. Caue enim existimes, hæc in hymenæo alicuius prædicantastri procusa, mederi afflictis conscientiis. γελωτοποιὸς ille ilia soluit, non pacat conscientias: hæret enim fixum sub pectore vulnus, quamuis à sensu doloris, exigui temporis

aberrationem præbeat ſcurrandi dexteritas. Poſtea tamen cura recurſat, iraſcunturque tam ſibi, quàm ſcurræ, vt quos ſuarum rerum anxios à ſeriis hiſtrio pauliſper auertit, ij deinde rei gerendæ opportunitate per ludum amiſſa, acrius dolent.

Octauò: *Contemnitis aduerſarium, aut ſanè vultis contempſiſſe videri.* Demostheneum hoc eſt, & Tullianum, contemptu aut riſu eludere, quod ſoluere nequeas: & me Hercules: *Tutius eſt ſimulare contemptum, quàm incerto euentu, & ſpe nulla vires hoſtium experiri:* Vereor tamen, vt hoc κρησφύγετον, & res ipſa, & confeſsiones veſtræ clauſerint. Non vno loco tu de *augmento Papatus* quereris, & mille locis de Ieſuitarum τῷ ἐνεργήματι δοσμαχήτῳ ἀκαταπαύστῳ. 2. Becanus, noſti, poſtquam tuam ſenectutem junior *in circulo* fatigauit, pergit ſucceſſus vrgere ſuos. Nonne Graſerus eos *Ranas* appellat apocalypticas? Et vide, an contemnendi ſint, an verò formidabiles, quorum opera tantùm, & nobis decedit, & Romano-Catholicis accedit. Prouidendum, ne veſtra magnanimitas, quam ſui iuris & honoris eſt tenax, tam trepidis conſcientiis ſit exitioſa. Certè in noſtra Britannia, ſcholis, concionibus, præmiis, mulctis, carceribus, ſuppliciis,

tota

tota Ecclesiarum & carnificum Panoplia obsistimus, & tamen crescunt, & ab ipso ducunt vires, animosque ferro. Et acutè Graserus, vt omnia, eorum ordinem iam esse in δωδεκαμωρίῳ, & vigere, cùm interim media bruma nos simus, aut in *cancro* aut *angue*. πανοπλία Caluinistarum Anglicanorum.

Nono: Confitentur fratres nostri toto libello plurima non sparsa, sed densata & coagmenta mendacia. Verùm eò, cùm non sit peccatum regnans, minus offenderentur, si arte doli tractarentur, nunc cum sint nuda mendacia, primo aspectu deprehensa, ad defendendam pietatem nostram minus idonea fieri necesse est, quæ aliàs, si pia fraude tegãtur, αὐτάρκη iudicari possent. Nam, vt ne mentiamur, impetrare à nobis non possumus. Interdum etiam timeo, ne verum sit, quod Lutherus ait: *Spiritus nostros esse* (**Tischred von Schwärmern**) *meros incorporatos diabolos.* Item: *Ex nostris diabolum locutum.* Et D. Philippus (**im kurtzen Bericht**) **vnd können sich gleichwol des Liegens nicht enthalten/ so wenig ein Parther seine Flecken/ oder ein Mohr seine Haut wandeln kan.** Id est: *Nec magis mendaciis abstinere, quàm pardus maculas, aut pellem æthiops mutare possunt.* Hæc generatim notata, fideliter

transcripsi, singula nunc priuilegia inspiciamus.

DE PRIVILEGIO primo, seu nostra καθαρογενεσία.

BEcanus: *Caluinistæ nascuntur sancti. 2. Non egent Baptismo. 3. Non reliquis sacramentis.*

Sanctitas Caluinistarum.

Scurra: *Est vna æquiuocatio: 2. Vnum mendacium. 3. Vna parua veritas, æquiuocatio; sancti nascuntur, quia sunt in fœdere, non immunes à peccatis, & hanc sanctitatem apud Paulum Rom. 11. 16. & 1. Corinth. 7. 16. non inuenit Becanus. Mendacium, quia se dicunt baptismo egere. Veritas, nam quinq; Papistis sacramēta relinquimus.*

Hoc loco multa adeò σφάλματα fratres nostri notârunt, vt mihi difficile fuerit in ordinem illa redigere.

Caluinistæ argumenta fugiunt.

Primò, insignem δραπετίνδαν, qui non videt, cœcus est, quasi enim dictum sit, τηροῦ, φυλάττου, ita Becaniana omnia argumenta fugit, τοῖς δραπέταις ποσί. Becanus priuilegium authentico nostrorum testimonio ratum fecit, & rationibus variis examinauit, illis intelligendis impar scurra absti-

abſtinuit, contentus, vt ille philoſophari, ſic hic ſcurrari paucis.

Secundò: negant noſtri in priuilegio Becani, aut eſſe, aut eſſe poſſe æquiuocationem. Quorſum opus æquiuoca ſanctitate? an & æquiuocum cœlũ petimus, cùm iam fratres noſtri Lutheriani nobis obiiciant æquiuocum Deum, *qui vocatur ſerpens antiquus, ſatanas & diabolus,* (Philip. Nicol. **Im kurtzen Bericht.**) Becanianam cauſam tuentur hæc: 1. *Sanctitas paruulorum noſtrorum* (vt doctiſsimus interpres à Becano citatus) *Per ſe, ſine baptiſmo ad ſalutem ſufficit:* At ſola fœderalis per ſe, ad ſalutem non ſufficit, paruulorum ergo ſanctitas, cum qua naſcuntur, non eſt ſola fœderalis. Propoſitio eſt Caluini, Zwinglii & noſtrorum. Minor eſt conſectaria noſtræ doctrinæ, ſed tamen negata videtur à prioribus Eccleſiarum Chriſti collectoribus, Caluino, Farello, Knoxo. nunc autem tuis verbis aſſeram (Commen. in 1. Cor. 7. 14.) *Sed non obſtante naturali reatu, & prauitate ad eoſdem pertinet fœderis gratia, quæ dicitur ſanctitas. rectè verò eſt intelligenda. Non eſt hæc ſanctitas perſonæ aut regenerationis, qua reddimur Deo conformes in Chriſto, ſed eſt ſanctitas fœderalis, qua in fœdere DEI cenſemur. Illa ſanctitas eſt qualitas inhærens, iſta ſanctitas non eſt*

Nulla in priuilegio æquiuocatio.

Caluiniſta non ſola fœderali ſanctitate ſancti.

qualitas, sed relatio, ius fœderis, promißionum, & sacramentorum Ecclesiæ: quod ius tamen non omnibus est salutare, sed iis tantùm, qui fide sanctificantur. Nonne cogis Becanum sic argumentari; Caluinistæ nati sunt cum sanctitate per se, ad salutem sufficiente, nixa sola promissione, sed hæc est cum fide sanctificante; ergo paruuli eam quoque habent; nam quidquid absolutè saluti necessarium est, hoc paruulis nostris saluandis concedamus, oportet.

Pareus sibi repugnat. 2. Nec Becani modò illa sententia est, sed mea quoque, & Bezæ, &, nisi fallor, tua, si non τῷ ῥητῷ, saltem ἀκολουθητικῶς. Tenemus Domini verba, (Ioan. 3. v. 3. & 5.) *Amen, Amen dico tibi, nisi quis genitus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.* Et: *Amen, Amen dico tibi, nisi quis fuerit renatus ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Tenemus & tuam interpretationem: (in 1. Cor. 7. 14.) *Hoc euincit, (exemplum Valentiniani Iunioris &c.) aquam hic non de elemento Baptismi, sed gratiâ Spiritus sancti, quæ* (Ioannis 3. 3. & cap. 4. atque 7.) *aquæ comparatur, & absque qua absolutè nemo regnum cœlorum ingreditur, intelligi debere.* Probaras etiam ex Ambrosio, (Tomo 3. pag. 3.) *Christus te baptizauit, quia humana officia defue-*

desuerunt. Ecce frater, paruuli nostri indigent gratiâ Spiritus sancti, quæ est, teste Beza, (Ioan. 3. 3.) *Reinitiatio, recapitulatio, reditus ad suum caput, & initium*: hæc sanctitas est inhærens, sine ea ergo paruuli nostri non saluantur, & tamen aliqui saluantur, qui ante baptismum moriuntur, Electi; illi ergò cum ea sanctitate nascuntur, imò si in vtero matris moriantur, renascuntur, & sunt denuò geniti, nondum geniti. Hoc ergo saltem damus Becano, Caluinistas electos sic nasci, quod si ita est, cùm omnes dicant, se electos, ex 2. priuilegio, rectè dixit Becanus, eos sanctos, eâ, quæ ad salutem sufficit sanctitate, quæ maior est quàm fœderalis.

Principia Caluinistarum tuentur Becanum.

3. Neque aliud ex nostris principiis deducere potest Becanus. *Omnes Caluinistæ sumus electi, & scimus, nos esse tales.* Constitue, Becanum credere nobis. 2. *Omnium Electorum omnia peccata actualia, & originale sunt semper venialia, nullo vnquam tempore mortalia.* axioma hóc nostrum est. 3. *Ideo sunt venialia, quia non imputantur*: itaque mea, tua, cæterorum, nobis pueris non imputabantur, sed neq; originale paruulis, quia non imputando fit veniale. 4. Sophistis obiicientibus: *Si præsentia peccata Deus non imputat, falsò ergo iudicat & facit,* τὸν ἥττονα τ κρείττονα.

Respondes, Dei iudicium semper verum esse, quia *nunquam separatur imputatio iustitiæ, & regeneratio:* ergo in paruulis ne falsum sit æternæ veritatis iudicium, cum imputatione iustitiæ coniungi oportet regenerationem, at imputatio incipit cum ipso homine, non modò nascente, sed primùm creato, nam ab vtero ipso momento creationis, animæ nostræ habuerunt peccatum veniale, ergo non imputationem peccati, ergo regenerationem. Quid ergo æquiuocationem sanctitatis obiicis Becano, cùm veram nos habeamus, & ille verum nobis priuilegio tribuerit. Clarius etiam Beza (in Gal. 2.17.) Hunc locum &c. simplicissimè sic explico: vt Apostolus intelligatur à iustificatione gratuita, per iustitiam Christi, per fidem apprehensi, gratis imputatam, ad alterum perpetuò, & inseparabiliter cum illa coniunctum, & nouæ intra nos creatæ vitæ beneficiũ transire, & facere in omnib. suis epistolis consueuit.

Caluinistæ eo modo nascuntur sancti quo beata Virgo.

4. Dispeream, honorande frater, nisi tua est eadem cum Becano mens, (Comm. Rom.) *Papistæ, inquis, hæc duo facile conciliare possunt in B. Virgine.* Hanc scribit Bellarm. (*lib. 4. c. 16. de amiss. gr.*) *Vi generationis fuisse filiam iræ: sed vi gratiæ semper fuisse filiam misericordiæ. Quid ni igitur in paruulis fidelium effectum naturæ & gratiæ conci-*

 354

conciliare possunt? Nunc quid Becanus hinc discere debeat, cōsideremus. Ea conditione Caluiniſtis concipiuntur & naſcuntur liberi, qua Papiſtæ aiunt conceptam & natam B. Virginem, aut ſanè qua Bellarm. factum docet, & eodem modo conciliandus effectus naturæ & gratiæ in vtriſq;. At Bellar. (l.4. de amiſſ. gr. c.16.) *B. Virginem gratia inhærente donatam ſcribit.* (Nam fœderalis ne meminit quidē eo loco) noſtri ergo etiam eo priuilegio gaudent liberi. Verba Bellar. loco quem producis ſunt. *Sine peccati originalis macula fuiſſe exiſtimamus animā B. virginis in ipſo primo inſtanti ſuæ creationis & infuſionis in corpus, ita vt nunquā illa perſona actu exiſtens peccatum habuerit:* deniq; concludit: *præuentam fuiſſe ſingulari gratia ac* Priuilegio Dei, *vt ſimul eſſe, & iuſta eſſe inciperet.* Nam ante explicuerat debitum cōtrahendi peccati fuiſſe, ſed non actu cōtractum. Tali ſi Caluiniſtæ priuilegio in dias luminis auras ingredimur, concidit illa ſanctitatis diſtinctio.

5. Maiores hanc fœderalem eo modo interpretati nō ſunt ſanctitatem. Nam primò nihil ad conſolationem piorum parentum facit, cùm dubii hærerent de ſalute filiorum. 2. Conſolationem etiam tollit: Nam de baptizatis non minor eſt incertitudo, at fratres noſtri Lutheriani & Papiſtæ de illis certiſsimi ſunt. *Pugna Caluiniſtarum.*

6. Ac-

Rationes Becani non solutæ.

Sextò: Offenſa grauior alia, non tam ex perſonæ contemptu orta eſt, quàm cauſæ præiudicio. Becanianis enim rationibus, vt plurimum nihil reſpondetur, aut reſponſio, dum ſcalmum tenet, nauem amittit. Maiores noſtri *Caluinus*, *Beza*, etiam victi, dicendo tamen effecerunt, vt non ſemper victi viderentur. Et cladium, quas *Pleſſei victi* ſtupor Gallicanis Eccleſiis intulit, nondum perſanata ſunt vulnera, ſed multa erant in eo conuentu, quæ miſero os obtunderent. Palmaria mendacia, falſi crimina deprehenſa, libri præſentes, corona, iudices, Regis, acerrimo iudicio, maieſtas. At vobis tempus & occaſio comminiſcendi fuit, vt citra graue periculum ſilere non potuiſſe, omnes noſtri conſentiant.

Scurræ ſcurrilitas.

Septimò: Quanta ſcurræ huius *αἰσχρότης καὶ μωρολογία, καὶ εὐτραπελία, τὰ οὐκ ἀνήκοντα. Obſcœnitas & ſtultiloquium & ſcurrilitas, quæ non conueniunt.* (Epheſ. 5. 4.) Cenſorem veſtris moribus inducent Papiſtæ hominem profanum, (Ariſtotelem polit. 7. cap. 17.) ὅλως μὲν οὖν, inquit, αἰσχρολογίαν ἐκ τῆς πόλεως, ὥσπερ ἄλλο τι δεῖ τὸν νομοθέτην ἐξορίζειν: ἐκ τοῦ γὰρ εὐχερῶς λέγειν ὅτι οὖν τῶν αἰσχρῶν,

γίνε-

γίνεται τὸ ποιεῖν τὰ σύνεγγυς. quod eleganter noster Beza: *Legislatorem oportet, quantum aliud quippiam, sermonis turpitudinem, è ciuitate expellere, nam facilè turpia loquendo efficitur, vt homines his proxima faciant.* Et quanquam nos peiora his, non facere, non possumus, ἀλλὰ τὸ τοῦ νόμου ἀδύνατον, necesse est tamen, vt illi lasciua erat pagina, vita proba; ita nobis, quorum vita fatali necessitate est lasciua, verba esse proba. Non modo ne Becanus exaudiat, sed αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους, propter fratres nostros Lutheranos, quos grauitas vultus & styli parentum nostrorum non absterruit, quominus eos tristes obscenos, & malè tectarum libidinum mancipia dicerent. Nos, frater, fescennina nostra, à conuiuiorum licentiosa hilaritate, in Ecclesiam inducimus? Verbum DEI scurrilitate contaminamus? Euangelium μωρολογίᾳ pessum damus, qua ne liceret quidem, si fieri posset, defendere. Caue enim existimes, hæc in hymenæo alicuius prædicantastri procusa, mederi afflictis conscientiis. γελωτοποιὸς ille ilia soluit, non pacat conscientias: hæret enim fixum sub pectore vulnus, quamuis à sensu doloris, exigui temporis

aberrationem præbeat ſcurrandi dexteritas. Poſtea tamen cura recurſat, iraſcunturque tam ſibi, quàm ſcurræ, vt quos ſuarum rerum anxios à ſeriis hiſtrio pauliſper auertit, ij deinde rei gerendæ opportunitate per ludum amiſſa, acrius dolent.

Octauò: *Contemnitis aduerſarium, aut ſanè vultis contempſiſſe videri.* Demoſtheneum hoc eſt, & Tullianum, contemptu aut riſu eludere, quod ſoluere nequeas: & me Hercules: *Tutius eſt ſimulare contemptum, quàm incerto euentu, & ſpe nulla vires hoſtium experiri:* Vereor tamen, vt hoc κρησφύγετον, & res ipſa, & confeſsiones veſtræ clauſerint. Non vno loco tu de *augmento Papatus* quereris, & mille locis de Ieſuitarum τῷ ἐνεργήματι δοσμαχήτῳ ἀκαταπαύστῳ. 2. Becanus, noſti, poſtquam tuam ſenectutem junior *in circulo* fatigauit, pergit ſucceſſus vrgere ſuos. Nonne Graſerus eos *Ranas* appellat apocalypticas? Et vide, an contemnendi ſint, an verò formidabiles, quorum opera tantùm, & nobis decedit, & Romano-Catholicis accedit. Prouidendum, ne veſtra magnanimitas, quam ſui iuris & honoris eſt tenax, tam trepidis conſcientiis ſit exitioſa. Certè in noſtra Britannia, ſcholis, concionibus, præmiis, mulctis, carceribus, ſuppliciis,

tota

tota Eccleſiarum & carnificum Panoplia obſiſtimus, & tamen creſcunt, & ab ipſo ducunt vires, animoſque ferro. Et acutè Graſerus, vt omnia, eorum ordinem iam eſſe in δωδεκαμωρίῳ, & vigere, cùm interim media bruma nos ſimus, aut in *cancro* aut *angue*. πανοπλία Caluiniſtarum Anglicanorum.

Nono: Confitentur fratres noſtri toto libello plurima non ſparſa, ſed denſata & coagmenta mendacia. Verùm eò, cùm non ſit peccatum regnans, minus offenderentur, ſi arte doli tractarentur, nunc cum ſint nuda mendacia, primo aſpectu deprehenſa, ad defendendam pietatem noſtram minus idonea fieri neceſſe eſt, quæ aliàs, ſi pia fraude tegãtur, αὐτάρκη iudicari poſſent. Nam, vt ne mentiamur, impetrare à nobis non poſſumus. Interdum etiam timeo, ne verum ſit, quod Lutherus ait: *Spiritus noſtros eſſe* (Tiſchred von Schwärmern) *meros incorporatos diabolos*. Item: *Ex noſtris diabolum locutum*. Et D. Philippus (im kurtzen Bericht) vnd können ſich gleichwol des Liegens nicht enthalten/ ſo wenig ein Parther ſeine Flecken/ oder ein Mohr ſeine Haut wandeln kan. Id eſt: *Nec magis mendaciis abſtinere, quàm pardus maculas, aut pellem æthiops mutare poſſunt*. Hæc generatim notata, fideliter

transcripsi, singula nunc priuilegia inspiciamus.

DE PRIVILEGIO primo, seu nostra καθαρογενεσία.

BEcanus: *Caluinistæ nascuntur sancti. 2. Non egent Baptismo. 3. Non reliquis sacramentis.*

Sanctitas Caluinistarum.

Scurra: *Est vna æquiuocatio: 2. Vnum mendacium. 3. Vna parua veritas, æquiuocatio; sancti nascuntur, quia sunt in fœdere, non immunes à peccatis, & hanc sanctitatem apud Paulum Rom. 11. 16. & 1. Corinth. 7. 16. non inuenit Becanus. Mendacium, quia se dicunt baptismo egere. Veritas, nam quinq; Papistis sacramēta relinquimus.*

Hoc loco multa adeò σφάλματα fratres nostri notârunt, vt mihi difficile fuerit in ordinem illa redigere.

Caluinistæ argumenta fugiunt.

Primò, insignem δραπετίνδαν, qui non videt, cœcus est, quasi enim dictum sit, τηροῦ, φυλάττου, ita Beccaniana omnia argumenta fugit, τοῖς δραπέταις ποσί. Becanus priuilegium authentico nostrorum testimonio ratum fecit, & rationibus variis examinauit, illis intelligendis impar scurra absti-

abſtinuit, contentus, vt ille philoſophari, ſic hic ſcurrari paucis.

Secundò: negant noſtri in priuilegio Becani, aut eſſe, aut eſſe poſſe æquiuocationem. Quorſum opus æquiuoca ſanctitate? an & æquiuocum cœlũ petimus, cùm iam fratres noſtri Lutheriani nobis obiiciant æquiuocum Deum, *qui vocatur ſerpens antiquus, ſatanas & diabolus*, (Philip. Nicol. **Im kurtzen Bericht.**) Becanianam cauſam tuentur hæc: 1. *Sanctitas paruulorum noſtrorum* (vt doctiſsimus interpres à Becano citatus) *Per ſe, ſine baptiſmo ad ſalutem ſufficit:* At ſola fœderalis per ſe, ad ſalutem non ſufficit, paruulorum ergo ſanctitas, cum qua naſcuntur, non eſt ſola fœderalis. Propoſitio eſt Caluini, Zwinglii & noſtrorum. Minor eſt conſectaria noſtræ doctrinæ, ſed tamen negata videtur à prioribus Eccleſiarum Chriſti collectoribus, Caluino, Farello, Knoxo. nunc autem tuis verbis aſſeram (Commen. in 1. Cor. 7. 14.) *Sed non obſtante naturali reatu, & prauitate ad eoſdem pertinet fœderis gratia, quæ dicitur ſanctitas. rectè verò eſt intelligenda. Non eſt hæc ſanctitas perſonæ aut regenerationis, qua reddimur Deo conformes in Chriſto, ſed eſt ſanctitas fœderalis, qua in fœdere DEI cenſemur. Illa ſanctitas eſt qualitas inhærens, iſta ſanctitas non eſt*

Nulla in priuilegio æquiuocatio.

Caluiniſta non ſola fœderali ſanctitate ſancti.

qualitas, sed relatio, ius fœderis, promißionum, & sacramentorum Ecclesiæ: quod ius tamen non omnibus est salutare, sed iis tantùm, qui fide sanctificantur. Nonne cogis Becanum sic argumentari; Caluinistæ nati sunt cum sanctitate per se, ad salutem sufficiente, nixa sola promissione, sed hæc est cum fide sanctificante; ergo paruuli eam quoque habent; nam quidquid absolutè saluti necessarium est, hoc paruulis nostris saluandis concedamus, oportet.

Pareus sibi repugnat. 2. Nec Becani modò illa sententia est, sed mea quoque, & Bezæ, &, nisi fallor, tua, si non τῷ ῥητῷ, saltem ἀκολουθητικῶς. Tenemus Domini verba, (Ioan. 3. v. 3. & 5.) *Amen, Amen dico tibi, nisi quis genitus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.* Et: *Amen, Amen dico tibi, nisi quis fuerit renatus ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.* Tenemus & tuam interpretationem: (in 1. Cor. 7. 14.) *Hoc euincit, (exemplum Valentiniani Iunioris &c.) aquam hic non de elemento Baptismi, sed gratiâ Spiritus sancti, quæ* (Ioannis 3. 3. & cap. 4. atque 7.) *aquæ comparatur, & absque qua absolutè nemo regnum cœlorum ingreditur, intelligi debere.* Probaras etiam ex Ambrosio, (Tomo 3. pag. 3.) *Christus te baptizauit, quia humana officia defue-*

defuerunt. Ecce frater, paruuli noſtri indigent gratiâ Spiritus ſancti, quæ eſt, teſte Beza, (Ioan. 3. 3.) *Reinitiatio, recapitulatio, reditus ad ſuum caput, & initium:* hæc ſanctitas eſt inhærens, ſine ea ergo paruuli noſtri non ſaluantur, & tamen aliqui ſaluantur, qui ante baptiſmum moriuntur, Electi; illi ergò cum ea ſanctitate naſcuntur, imò ſi in vtero matris moriantur, renaſcuntur, & ſunt denuò geniti, nondum geniti. Hoc ergo ſaltem damus Becano, Caluiniſtas electos ſic naſci, quod ſi ita eſt, cùm omnes dicant, ſe electos, ex 2. priuilegio, rectè dixit Becanus, eos ſanctos, eâ, quæ ad ſalutem ſufficit ſanctitate, quæ maior eſt quàm fœderalis.

3. Neque aliud ex noſtris principiis deducere poteſt Becanus. *Omnes Caluiniſtæ ſumus electi, & ſcimus, nos eſſe tales.* Conſtitue, Becanum credere nobis. 2. *Omnium Electorum omnia peccata actualia, & originale ſunt ſemper venialia, nullo vnquam tempore mortalia.* axioma hóc noſtrum eſt. 3. *Ideo ſunt venialia, quia non imputantur:* itaque mea, tua, cæterorum, nobis pueris non imputabantur, ſed neq; originale paruulis, quia non imputando fit veniale. 4. Sophiſtis obiicientibus: *Si præſentia peccata Deus non imputat, falsò ergo iudicat & facit, τὸν ἥττονα τ κρείττονα.*

Principia Caluiniſtarum tuentur Becanum.

Reſpondes, Dei iudicium ſemper verum eſſe, quia *nunquam ſeparatur imputatio iuſtitiæ, & regeneratio:* ergo in paruulis ne falſum ſit æternæ veritatis iudicium, cum imputatione iuſtitiæ coniungi oportet regenerationem, at imputatio incipit cum ipſo homine, non modò naſcente, ſed primùm creato, nam ab vtero ipſo momento creationis, animæ noſtræ habuerunt peccatum veniale, ergo non imputationem peccati, ergo regenerationem. Quid ergo æquiuocationem ſanctitatis obiicis Becano, cùm veram nos habeamus, & ille verum nobis priuilegio tribuerit. Clarius etiam Beza (in Gal. 2. 17.) Hunc locum &c. ſimpliciſsimè ſic explico: vt Apoſtolus intelligatur à iuſtificatione gratuita, per iuſtitiam Chriſti, per fidem apprehenſi, gratis imputatam, ad alterum perpetuò, & inſeparabiliter cum illa coniunctum, & nouæ intra nos creatæ vitæ beneficiũ tranſire, & facere in omnib. ſuis epiſtolis conſueuit.

Caluiniſta eo modo naſcuntur ſancti quo beata Virgo.

4. Diſpeream, honorande frater, niſi tua eſt eadem cum Becano mens, (Comm. Rom.) *Papiſtæ, inquis, hæc duo facile conciliare poſſunt in B. Virgine.* Hanc ſcribit Bellarm. (*lib. 4. c. 16. de amiſſ. gr.*) *Vi generationis fuiſſe filiam iræ: ſed vi gratiæ ſemper fuiſſe filiam miſericordiæ. Quid ni igitur in paruulis fidelium effectum naturæ & gratiæ conci-*

conciliare possunt? Nunc quid Becanus hinc discere debeat, cōsideremus. Ea conditione Caluinistis concipiuntur & nascuntur liberi, qua Papistæ aiunt conceptam & natam B. Virginem, aut sanè qua Bellarm. factum docet, & eodem modo conciliandus effectus naturæ & gratiæ in vtrisq;. At Bellar. (l.4. de amiss. gr. c.16.) *B. Virginem gratia inhærente donatam scribit.* (Nam fœderalis ne meminit quidē eo loco) nostri ergo etiam eo priuilegio gaudent liberi. Verba Bellar. loco quem producis sunt. *Sine peccati originalis macula fuisse existimamus animā B. virginis in ipso primo instanti suæ creationis & infusionis in corpus, ita vt nunquā illa persona actu existens peccatum habuerit:* deniq; concludit: *præuentam fuisse singulari gratia ac* Priuilegio Dei, *vt simul esse, & iusta esse inciperet.* Nam ante explicuerat debitum cōtrahendi peccati fuisse, sed non actu cōtractum. Tali si Caluinistæ priuilegio in dias luminis auras ingredimur, concidit illa sanctitatis distinctio.

5. Maiores hanc fœderalem eo modo interpretati nō sunt sanctitatem. Nam primò nihil ad consolationem piorum parentum facit, cùm dubii hærerent de salute filiorum. 2. Consolationem etiam tollit: Nam de baptizatis non minor est incertitudo, at fratres nostri Lutheriani & Papistæ de illis certissimi sunt. *Pugna Caluinistarum.*

6. Ac-

Verſutia Caluiniſtarum. 6. Accuſant Zvvinglium etiam Lutherani, (Philip. Nicolai de relig. Caluin.) quaſi peccatum originale propriè peccatum eſſe neget, aut vllum hominem eo damnari ſcribat: Citant Anhaltinos contra Polycarpum, Faium, & Bezam in Theſ. pag. 145. Oleuianum etiam, nec alio modo quàm Becanus nos intelligunt, vt mira ſit vel noſtrorum in ſcribendo verſutia, vel omnium aliorum, pluſquam brutus ſtupor.

Refutat Caluiniſtas. TERTIO. Obiicit Scurra: *Et dicunt quod vos vel Paulum non legiſtis, qui liberos fidelium ſanctos vocat, Roman. 11. 16. & 1. Corinth. 7. 14. vel etiam Paulum per talem calumniam ſtimulatis, quia ſanctum valde variè in ſcriptura ſignificat.* Ego & Becanum legiſſe, & ex noſtris interpretibus, à Scurra diſſentire arbitror.

1. Neuter enim locus fœderalem ſanctitatem neceſſariò habet. Nō prior. Nam verba illa: *Quod ſi primitiæ ſanctæ, ſancta etiam maſſa, & ſi radix ſancta eſt, etiam rami.* Vt vertit noſter Beza, probant ex Iudæis aliquos in Eccleſiam, & cœlorum regnum ingreſſuros, quod ſi omnes ſunt in fœdere, qua fronte Iudæorum liberos à Baptiſmo reiicimus? ius fœderis habent, nunc non minus, quàm tempore Pauli, at nos eos reiicimus. *Promiſſio autem,* inquit

Calui-

Caluinus (Epist. 285. ad Knoxum) *non sobolem tantùm cuiusq; fidelium in primo gradu comprehendit, sed in mille generationes extenditur, vnde etiam factum est, vt pietatis interruptio, quæ grassata est in Papatu, vigorem & efficaciam baptismi non abstulerit. Denique sicut non recipitur quisque ad baptismum vnius duntaxat patris sui respectu, vel fauore, sed propter continuum Dei fœdus; ita vnius parentis odio, ab Ecclesiæ ingressu prohiberi, nulla ratio patitur.* Continuum est Dei fœdus, sceleribus, & infidelitate parentum non abrumpitur; non ergo repelli possunt vlli eorum, quorum parentes ante mille generationes fuēre in fœdere, vel fuisse probabile est. Quod si hoc absurdum est in nostris Ecclesiis, eliminanda erit ab illis tuá interpretatio τὸ ἄτοπον inducens.

2. *Esse in fœdere* (verba sunt tua) (1. *Corinth. 7. 14. resp. ad 7.) dicitur dupliciter, vel quoad ius fœderis, vel quoad beneficia fœderis. Est in fœdere, vel quid obtinet beneficia fœderis, quæ sunt remißio peccatorum, adoptio, regeneratio, salus, vel qui habet tantùm ius fœderis externum, vt socius fœderis non alienus censeatur.* Nos omnes, quos Becanus vocat Caluinistas, fiducialissimè πληροφορούμεθα, & scimus, nos *Quid esse in fœdere.*

esse in fœdere, quoad beneficia fœderis, iure quo, qui optimo, habemus ergo non illam externam, sed internam sanctitatem, & verba Pauli ad liberos nostros pertinet, illi habent remissionem &c. Quod si è liberis nostris aliqui sunt reprobi, nos tamen cùm sciamus nos electos, & esse in fœdere, quoad beneficia fœderis, semper etiam fuerimus in eodem fœdere, semper habuimus remissionem peccatorum, adoptionem, regenerationem, &c. Nam te definitore, hoc est esse in fœdere, quoad beneficia. Vide, mi frater, quomodo priuilegio Becaniano subscribat Paulus, & sigillum apprimat?

Quomodo sancti filii Caluinistarum.

Quartò dixit Apostolus (1. Corin. 7. 14.) *Alioqui liberi vestri impuri essent, nunc autem sancti sunt.* Becanus hic non legit sanctitatem fœderalem. Equidem Apostolo subirasci soleo, qui tam oscitanter scripserit, nec adiunxerit; sanctitate fœderali, vel fœderaliter, vel quoad ius fœderis, hoc enim θεραπευτικώτατον fuisset contra Becani argutias: Nunc autem, vt ἀνυποκρίτως dicam, nulla causa est, cur Paulum sic intelligamus, nisi analogia fidei, de sanctitate fœderali. Nam primò textus Becano fauet: *Dicitur enim vir infidelis sanctificatus in vxore fideli,*

Ibidem.

fideli, hoc eſt, vt eruditè Beza: *Pietatem vxoris plus valere ad hoc, vt coniunctio iſta pro ſancta & pura habeatur, quam mariti infidelitatem ad hoc, vt coniugium profanetur, vel vt vxor bonâ conſcientiâ marito vti non poßit. Neque longius porrigitur iſta mariti, & vxoris ſanctificatio.* Becanum nunc argumentantem audiamus. Eodem modo ſancti ſunt Pater infidelis, & liberi, Pater non eſt ſanctificatus ſanctitate fœderali, nec ergo liberi. Propoſitio clara eſt, cur enim in verbis æquiuocè ſanctitatem accipiamus, cauſa nulla eſt. 2. Ita Auguſt. & veteres interpretati ſunt.

3. Ita Illyricus & fratres noſtri Lutheriani. 4. Noſter Aretius etiam illam interpretationem agnoſcit, & licet videatur verbo ſanctitatem fœderalem aſſerere, diſcurſu tamen ſuo euertit. Verba eius: *Deinde filii hinc nati ſancti ſunt, ſi rumperetur matrimonium, redderentur impuri, non ergo rumpendum propter religionem. Sancti dicuntur filii eorum, quia non obſtāte infidelitate alterius parentis, ad Eccleſiam Chriſti pertinent, ſingulis enim dicitur, Ero Deus tuus & Deus ſeminis tui, &c. Sancti etiam dicuntur filii, quia per educationem Chriſto conſecrari poterunt.* Et Pelicanus noſter: *Si mulier dimitteret virum,*

volen-

volentem habitare secum, & alii se copulet, immundi essent eorum liberi, essent enim adulteri, & per hoc filii eorum spurij, ideoq; immundi. Ecce quomodo obtinebis à Becano, vt tuo sensu verba illa interpretetur, cùm à nostris obtinere non possis. Vnde colligo, dici sanctos, qui Christo consecrari poterunt. 2. Si rumperetur matrimonium, fore impuros, amissa scilicet sanctitate; ideoque non esse fœderalem, nam ea parentum adulteriis non polluitur. 3. Intelligi posse de spuriis, Catholicorum expositionem, ex August. & Chrysost. habes apud Stapletonum. Hæc de æquiuocatione, quæ falsò Becano attribuitur.

QVINTO. Grauior erat de mendacio accusatio. Scurra: *Deinde dicunt, quod est mendacium, quòd Caluinistæ Baptismo non indigent, nam contrarium scribunt, & docent, & faciunt.*

Caluinistæ non egent baptismo.

Imò verò orthodoxam pietatem nostram abnegat Scurra, & in viros grauissimos & sanctissimos, Caluinum, Bezam, & te, mi frater, est contumeliosus. Scribimus enim, docemus, facto testamur, Baptismo nos non egere: Nam primò cùm Baptismum ad salutem requirit Dominus, (Ioan. 3.3.) *Aquam enim & Spiritum coniungit, nos aquam mutamus in Spiritum,* siue ventum. Cùm deinde Apostolorum & veteris

veteris Ecclesiæ praxin producunt Lutheriani, vel Papistæ, nos per tropum elabimur. (Beza & alii in eum locum.)

2. Caluini auctoritas potior est Scurrâ. ille negat egere (Epist. 184.) *Atqui*, inquit, *infans ita priuatus est signo salutis, baptismo nempe: Nego tamen illius coram Deo deteriorem esse conditionem.* Quo accepto mea conditio non redditur melior, & ablato, aut non dato, non fit deterior, eo non egeo, ad salutem scilicet, de ea enim quæritur. 3. Idem confirmat ratio Caluini: (Ibidem) *Iam si eorum salus Dei promissione nititur, & fundamentum illud idoneum est ex seipso, non est existimandum, perire omnes pueros, qui sine baptismo è vita excedunt. Sic enim sub commendatione signi illius gratiæ Dei, Deus ipse afficeretur iniuria & contumelia, & eius veritati derogaretur, quasi salus illius fulta promissione, non satis consisteret:* at nos omnes fideles salutem habuimus nitentem promissione, fundamentum idoneum ex seipso, salutem fultam promissione eius, satis consistentem, non ergo opus fuit nobis baptismo. Verum ergo Becanus dixit, & Scurra mentitus est. 4. Caluinus epistola 229. ad Senatorem Francofurt. Verba Domini, *Nisi quis genitus fuerit &c.* sic interpretatur, vt dicat, *non patere ingressum in regnum*

Conditio non baptizati non est deterior baptizati.

Dei absque vitæ nouitate, cuius symbolum est Baptismus. Et deinceps: *Iam quæro, an Dei verbum suapte virtute ad salutem sufficiat? an verò aliundè mutuetur subsidium, quo suppleatur defectus, vel infirmitas iuuetur? Neutro ergo modo opus est nobis Baptismo.* Si ergo, frater mi, opus est baptismo, non sufficit Dei verbum, sed aliunde subsidium mutuatur. 5. Non leuiter illa Caluini verba transeunda: *Iam verò, quid tot locis fiet, vbi Christus sola fide contentus est?* (Ibidem.) Cùm ergo nos, vt & Caluinus ad Knoxum, Papistarum, & veteris Ecclesiæ, simul Lutheranorum, in baptizando sollicitudinem superstitiosam iudicemus, meritò dicimus, baptismo nos non indigere; hoc enim nos scribimus & docemus.

Facto ostendunt Caluinistæ, se non egere baptismo.

Caluinistæ soli prædicantes baptizare possunt.

Sextò: Praxis & consuetudo Ecclesiarum satis ostendit, earum de baptismi indigentia iudicium. Nam primò adeò casus necessitatis baptismi apud nos nullus est, vt soli Pastori τῷ κλητῷ eius ministerium permittamus, ceteros omnes, viros, fœminas excludimus, imò à fœminis baptizatos rebaptizamus. ita Caluinus (Epistola 278.) *Quoniam baptizandi licentia, quam sibi fœminæ arrogant, nihil aliud est, quàm crassa superstitio, stulta illa & temerè suscepta actio pro nihilo ducenda est. Pastorum ergo*

rum ergo officium est, eas compescere. Interea legitimo baptismo lustrare infantes, qui stulta & præpropera æmulatione, nihil aliud, quàm polluti fuerunt. Et: (Epist. 229.) *iam ostendant, vbi Christus priuatis hominibus præceperit baptizare. Certè nemo in Ecclesia honorē sibi vsurpat. Et Christus, teste Apostolo, aliis omnibus præscripsit, ne se ad publicum munus ingerant. speciale est mandatum Christi ad Apostolos, Ite, prædicate, baptizate, quisquis idem suo arbitrio tentabit, temeritatis damnabitur.*

2. Non quocunq; loco, sed in cœtu fidelium tantum dari potest baptismus. Ita Caluinus (Epist. 185.) *Inprimis autem obseruandum est, cùm istud Sacramentum complectatur sacram & solemnem introductionem in Ecclesiam Dei, sitq́; testimonium cœlestis nostri municipatus, in quem inscribuntur illi, quos Dominus adoptat sibi, fas non esse administrare baptismum, nisi in cœtu fidelium. Non quidem, vt templum requiratur, sed vt vbiuis numerus aliquis fidelium conueniat, qui Ecclesiæ corpus efficiat, & qui baptizat, pro Pastore agnoscatur. Si enim infans clam baptizetur, & nullis adhibitis testibus, illud neque responderet ordini à Domino posito, neque Apostolorum exemplo. Oportet igitur infantem baptizari in cœtu aliquo, qui quidem cœtus profiteatur, sibi nihil esse commercii, cum papisticis pollutionibus.* *Vbi baptizentur Caluinistæ.*

Sponsio essentialis baptismo Caluinistarum.

3. Requirimus, vt in adultis professionem, sic pro paruulis sponsionem. Caluinus: (Epist. 285.) *Interea fatemur, necessariam esse sponsionem; nihil enim magis præposterum, quàm inseri in Christi corpus, quos non speramus eius fore discipulos. Quare si nullus ex cognatis appareat, qui fidem suam obliget Ecclesiæ, & curam suscipiat docendi infantis, lusoria est actio, & baptismus polluitur.*

Diabolus baptizare potest legitimè Caluinistas.

4. Diabolo Beza ministerium baptizandi dicitur concedere, modò Prædicantis specie hoc præstet, ita grauiter eum traducit SS. Theologiæ Doctor, & Ecclesiæ Vnnensis Pastor Philippus Nicolai (Wiederlegung der Caluinischen Religion / pag. 303.) Das ist aber nicht allein biß daher in der Christenheit vnerhört / sondern auch hinfort jederzeit schröcklich vnd abschewlich zu hören / was Beza von dem Sacrament der heiligen Tauff (da solches von Meister Hemmerlein / das ist / durch den höllischen Sathan verrichtet würde) offentlich schreiben vnd fürgeben darff: dann er sagt / das were die rechte Tauff: Id est, *Hoc verò non modò hucusque in Christianorum cœtu inauditum est, verum etiam in posterum omni tempore auditu*

 362

auditu horrendum & abominabile, quod Beza de Sacramento sancti Baptismi scribere publicè & profiteri ausus est: nempe illud per Magisteruium, hoc est, infernalem Satanam posse administrari. Nam dicit hoc verum esse baptisma. Hæc nostra facta dubio procul Becanum facient συλλογιστικώτατον, nam Scurra eum parum Dialecticum arbitratur. Baptismus à priuato, seu fœmina, seu viro, non in cœtu Ecclesiæ, siue sponsione collatus, nullus est, non nisi pollutio est, contra ordinem Domini, & Apostolorum exemplum est, actio lusoria est. At Baptismus Papistarum sæpe est à fœmina, semper à priuato, semper sine sponsione, nunquam in cœtu Ecclesiæ: Est ergo tantùm pollutio, actio lusoria: Nemo ergo in Papatu baptizatus est, non modò quòd sacrilegis superstitionibus ceremoniæ sanctitas sit inquinata, sed res planè irrita. Nam requiritur legitimus minister; at sacrificuli in Papatu non sunt legitimi ministri, cùm ergo in Dei Ecclesiam adsciscuntur legitimo baptismo, lustrandi essent, non minus, quàm si à fœmina vel priuato tincti forent. Deinde in cœtu Ecclesiæ fidelium baptizandi, qui profiteatur se abhorrere à Papisticis pollutionibus: at Papistæ tinguntur in cœtu coniurato in pol-

Consectaria factorum Caluinisticorum.

 lutio-

lutiones papiſticas, & hoc quoq; ad eſſentiam pertinere conſtat. Nam baptiſmus eſt ſolennis ingreſſus in Eccleſiam Dei; at papiſtæ ingrediuntur per baptiſmum in regnum Antichriſtianum. 3. Sponſio neceſſaria eſt, vt ſine ea ſit luſoria actio, non ergo ſacramentum; ſed in papatu, ſponſio eſt, imbuendi ſacrilegis Antichriſti impietatibus, cum ergo omnia δὶς διὰ πασῶν opponantur vero baptiſmo: qui Papiſtarum, adde Lutheranorum, Anabaptiſtarum Socinianorum aqua baptizatus eſt, tantum pollutus eſt. At papiſtarum aut cæterorum neminem, cum verbum Dei fidemque amplectitur, rebaptizamus, manent ergo abſque baptiſmo: Iudicamus ergo factis noſtris eos nullo indigere, quis enim vnquam ea in re moleſtus illis fuit? Imo patres noſtri Caluinus, Zvvinglius, cæteri, quid niſi polluti fuere? at at inopinum malum hic ἀπὸ μηχανῆς, contra morem prouerbii, turbat. Maiores baptiſmo non luſtrati, ſed polluti fuerunt & tota illa à papiſtis baptizata Eccleſia, ſed illi cum baptizati non fuerint, nec ingreſsi in Eccleſiam, nam ingredimur per baptiſmum, nec paſtores baptizarunt, imo iam dudum nec Papiſta, nec Lutheranus, nec Caluiniſta baptizatus eſſe poteſt, ſed ne baptizari quidẽ poteſt: quia nõ eſt vllus legitimus miniſter,

cum

cum nemo ſit baptizatus, nam qui baptizatus non eſt, hoc eſt, non in viſibili Eccleſia, quomodo eius paſtor eſſe poteſt? Merito ergo Beza baptiſmum Diabolo miniſtro datum approbat, nec aliud mihi occurrebat quod Becano reſponderem, quam angelum illum Abaddonem, vultũ, barbamq; hirſutorum prædicantium ſumpſiſſe, atq; ita nobis ſacramentum illud per Satanam reſtitutum, neque fratri noſtro (in ſumma religionis Caluiniſticæ) Philippo Nicolai, mirum videri debet *nos à dæmone offerri Chriſto Domino*, cum Euangelium doceat ipſum Dominum ab eo ſupra *templi faſtigium collocatum* eſſe. concludam hoc priuilegium. Oro autem, vt mihi de ſententia fratrum Heidelbergenſium renunties, quid reſpondendum ſit Becano, ſi auctum, & Lutherianorum fratrum noſtrorum calculo, probatum nobis reponat: *Omnes Caluiniſtæ in vtero Matris concipiuntur, & ex vtero naſcuntur ſancti, vt nullo alio ſubſidio, quam promiſſione Dei, ſalus eorum nitatur, baptiſmo nec egent, ſed eo vel polluuntur, vel carent, legitime tamẽ à Diabolo poſſunt baptizari, & priuatim miniſtris nouum priuilegium dabit. Prædicantium Caluiniſticorum tam eſt eximia ſanctitas, vt ſi eorum formam diabolus, habitumq; mentiatur, legitimè adminiſtret ſacramentã, & plus poſſit, quàm Cherubim & Seraphim,* *Priuilegium auctum & confirmatum.*

 quibus

quibus Christus baptizare non præcepit. & hoc priuilegium Lutheranis debemus.

DE PRIVILEGIO *secundo, seu Sacerdotio nostro.*

BEcanus: *Caluinistæ sunt Sacerdotes, à Deo sanctificati. 2. Quotidie offerunt Deo mundam & acceptabilem hostiam in odorem suauitatis.*

Scurra: *Aequiuocatio est: Sacerdotes sunt non vncti, & rasi, sed spiritales hostias offerunt, preces & gratiarum actiones. (1.Pet.2.5. Apocal.1.6. & 5.10.) 2. Papistæ sunt sacerdotes Antichristi & Diaboli. 3. In nouo enim Testamento non sunt sacerdotes, sed Apostoli, Euangelistæ, Prophetæ, Pastores, Doctores.*

Sacerdotes quales Caluinista.

Primò: ὡς ἔπος εἰπεῖν, pronuntiandum illud solenne: ἐσυκοφάντησας, ne in mentem quidem venit Becano nos radere, vel vngere, vt qui norit etiam regiæ vnctionis iam dudum oleum Elisabethæ nostræ stomachum mouisse. Idcirco expressè de nostra hostia (ex Malach. 1. 11. & *ex lib.4. Instit.cap.*

ſtit.cap.18.¶.4.& 16.) ſed noſtro ſenſu & verbis loquitur. Secundò. Hoſtiam illam mundam, Iudaicis ſacrificiis nobis mundiorem, eripere conatur, diſputando, cui conſectarium eſt, vt ſacerdotii dignitatem etiam tollat è medio. Nam τῶν πρός τι, ſeu relatiua ſunt *Sacerdotium* & *Hoſtia*. Ad rationes autem eius tam altum ſilentium, vt *vel amyclas meridie perdere poſſet*. Nec ſanè ego quid reſponderi poſsit video. *Opera noſtra ſunt inquinamenta, & ſordes, etiam preces & gratiarum actiones*, non ſunt ergo oblatio munda, Iudaicis oblationibus præſtantior. Nec ſatis rem expedit imputatio: Nam primò in ſe non eſt oblatio munda, ſi ſola imputatione. 2. In eodem gradu cum peccatis mortalibus, ſunt opera noſtra bona, quia & ipſa naturâ ſuâ ſunt peccata mortalia, licet non pari malitia. diſcrimen enim ſolùm eſt, quòd bona opera ſint ſordes minus abominabiles; tam enim naturâ ſuâ mortalis eſt mea ſcriptio, quàm Bezæ, (in Matth. 1. 19.) παραδειγματισμός. 2. Templum Dei ſumus (1.Cor.3.16.17.) *Neſcitis quia templum Dei eſtis? & Spiritus Dei habitat in vobis? Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Templum manemus, etſi templum Dei adulteriis, homicidiis, aliis

facinoribus destruamus, sic Sacerdotes sancti sumus, sic opera nostra oblatio munda; nam vt persona, sic opera placent. Explicuit nobis hoc egregiè frater noster Philippus Nicolai (Summa der Caluinischen Religion) Non ergo arduum Becano fuerit à Lutherianis adiuto priuilegio auctiore nos ornare: *Caluinistæ sunt sacerdotes in se adulteri, homicidæ, raptores, iniusti, sunt templa adulteriis, cædibus, rapinis, iniquitate polluta, à Deo tamen habentur sancti, & sordes suas offerunt Deo mundam & acceptabilem hostiam, in odorem suauitatis. Sed quis Deus ille, cui Caluinisticæ sordes tam suaue olent?* Becanus subridet. At fratres Lutheriani vpupam dicerent, aut Scarabæum, sunt enim, vt nosti, naturâ παρρησιαστικοὶ, sanè grauissimè & inuidiosissimè exagitat, hostiarum talium auctorem D. Philip. Nicolai (Kurtzer Bericht pag. 29. & 30.) *Vnde firmiter, inquit, irrefragabiliter, ἀναντιρρήτως consequitur, Caluinistas, cum huiusmodi proprietates, & ἐνεργείας Deo suo tribuant, tanquam cœcos, furiosos, dœmonium habentes, pro Deo viuo, æterno, omnipotente, abominatissimum dœmonem colere, & inuocare, & secundùm Lutheri dictum,* Eingeteuffelte / durchgeteuffelte / vnd vberteuffelte Hertzen haben müssen. Nec video, quomodo corda δε-

Oblatio munda sunt sordes Caluinistarum.

Quis Deus placetur sordibus Caluinistarum.

δια-

διαβολιωμένα possint Dei templum, aut hostia munda esse. Nescio, an non quærendus alius Deus, de quo idem Doctor (pag. 30.) *Deum esse Calecutanum in India: nam ibi Dæmon pro Deo colitur & adoratur.* Qualia sacrificia olim sibi Dei gentium fieri imperarint, quales cultores elegerint, operæpretium est legere apud Augustinum, ex libris prior. 6. de ciuit. Dei.

Tertiò. Cõuitium ergo est, quod in nos facile retorquetur, cùm eos dicimus esse sacerdotes diaboli; nam illi primò aiunt, se sacerdotes, spiritales hostias offerre, non sordes, deinde Deo, non ταύρῳ ἐνθέρῳ, Europę iumento, vel τῷ Schor gibbor Hebræorum, multò minus Deo Calecutano. *Quales sacerdotes Romani.* 2. Affirmant, quosdam suorum Sacerdotes propriè dictos, sed eius Dei cuius (Epist. presb. Achaiæ) Andreas, cæteriq; Apostoli, Ignatius, Polycarpus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Basilius, Nanzianzenus, Chrysostom⁹ fuêre sacerdotes. 3. Apostolos, Pastores, Episcopos fuisse sacerdotes, propriè dictos, nec ante Lutherũ Episcopum fuisse vllum nõ sacerdotem, sic appellari in libris Patrum, cõciliis, iure canonico, ciuili, & vniuersæ Ecclesiæ consuetudine.

Quartò. Lutheriani fratres nostri, norunt Deũ, Patrem nostrũ, norunt & domũ Patris nostri, h.e. cœlum nostrũ, prudenter

ergo

ergo fidem illis habere poſſet Becanus. Eos igitur audiamus. (Philippus Nicolai Im kurtzen Bericht von der Caluiniſten Gott, pag. 30. & 31.) Quæſtio: *Quale cœlum habet?* Deus Caluiniſtarum ſcilicet. Reſp. *Cœlum habet, in quod Idololatræ, ἀθεώτατοι, infideles pagani, vt Hercules, Theſeus, Socrates, Ariſtides, Antigonus, Numa, Camillus, Catones, Scipiones profecti ſunt. Ita ſcribit Zvvinglius in Chriſtianæ fidei expoſitione, ad Regem Chriſtianiſſimum:* Du wirſt dort ſehen in einerley Geſellſchafft/alle heilige/ frommae/weiſe/ männliche/ ehrliche Leuth. & poſt aliquot verba interiecta: Den Herculem / Theſeum / Socratem / Ariſtidem / Antigonum / Numam / Camillum / Catones / Scipiones / vnd deine Vorfahren alle / die im Glauben ſeynd verſtorben. Hæc diluenda ſunt, & domeſtica bella ſedanda. ac tum demum de obruendis per maledicentiam Papiſtis cogitandum. Niſi enim Becanus oblitus eſſet ſyllogiſticen, moleſtus eſſe pergeret: quorum Deus in cœlo ſuo habet idololatras, Herculem &c. Illi Sacerdotes ſunt diaboli, Caluiniſtarum Deus, ſi Lutherianis credimus, & Zwinglio, habet tales. Vel: quorum συμμύσται & συνιερεύοντες, conſacerdotes ſunt Hercules, Theſeus, Socrates, Catones, Scipiones,

Sacerdotes collegæ Caluiniſtarũ.

nes, illi sunt sacerdotes Iouis, Æsculapii, &c. At Caluinistarum συμμύςαι sunt illi. Concludant Lutherani.

Quintò: Scurra: *Christus in nouo Testamento dedit quidem Ecclesiæ Apostolos, Prophetas, Euangelistas, pastores, Doctores: sed non dedit Sacerdotes Chrismatisatos, quales nos sumus.* Tragœdias penè hæc verba peperere, & aliâs monui Germanos, non mouere hanc Camarinam ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. Tum quia iurisdictio tangitur, res tenerrima, & φορτικὸν est imperium Anglicanorum Episcoporum. Tum quia inter Anglos & Geneuenses, omnesque Ecclesias Gallicanas & Germanicas grande certamen, & nondum coalita vulnera redintegrantur. Nostri enim Episcopi omnes Ecclesias extra Britanniam, veris Pastoribus, aut carere iudicant, aut suæ doctrinæ conuenienter iudicare debent, & idem de nobis est illatum, aut debet esse iudicium. sic verò nos pro Becano argumenta strueremus. *Puritani negant Anglopapistas habere legitimos Pastores & doctores. Anglopapistæ negant habere Puritanos, Becanus cur non credat vtrisque, caussam nullam habet.* Lutheranus inferet: Ergo non sunt Ecclesiæ Christi: Nam suæ Ecclesiæ dedit Pastores & Doctores Christus.

Graue dissidium Caluinistarum.

Caluinistica Ecclesia orba pastoribus.

ſtus. Ergo ſunt Eccleſiæ Dei Calecutani. Adrianus enim Sarania, quo cum ſentiunt Eccleſiæ Anglicanæ: (de diuerſis miniſtr. gradibus, cap. 1. pag. 10.) *Si Geneua, inquit, abolitionem Epiſcoporum non probaſſet, & hos presbyteros & Diaconos non recepiſſet, nemo id eſſe faciendum in ſacris literis inueniſſet, aut inueniret. Nos presbyterorum & Diaconorum veſtrorum inuentionem humanam putamus.* Et deinde (cap. 2. pag. 45.) *Acerrimi interea ſunt ſuorum Epiſcoporum hoſtes (de Puritanis & Epiſcopis Anglicanis ſermo eſt) quorum functionē & nomen tanquam Antichriſtianum deteſtantur. Narrat deinde geſta eorum, qui Eccleſiam Anglicanam, non alio loco habent, quàm Romanam, hoc eſt, Antichriſtianam.* Certè Coppingeri & Hacketi furias noſtri imputant extraordinariæ vocationi Geneuenſium. Hæc cùm ſit Caluini, Bezæ, Caluinianorum & Bezanorum diſcipulorū ſententia, valde importunè Paſtorum & Doctorum eſt facta per Scurram mentio. Nam quia Epiſcopos non nominauit, arbitrati ſunt, ſe præteritione, ſenatu motos, & infamia notatos: Cuiuſdam etiam Archiepiſcopi Diaconus: meminerint, inquit, de ſeminio Ranarum Gebennenſium nata βατραχίδια, ſe paſtores nō eſſe, tum quia Epiſcopos nō habent, tum quia vocatione carent:

carent: & hæc ex Sarauio verba mihi tradidit: (cap. 2. pag. 43.) *Nam si datur locus extraordinariæ vocationi, quænam, obsecro, erit illa? quo nomine eum vocabimus, qui sic vocatus erit? quem eum esse dicemus? num Apostolum? num Prophetam? num Euangelistam? eadem ratione quà se pastorem & doctorem dicit, etiam se esse Apostolum, vel Euangelistam iactare poterit, sed non hic se continebit malum: idem similiter in Republica metuendum erit: nam ratio nulla est, cur in Ecclesia extraordinariæ vocationi potius locus sit, quàm in Republica, atq; ita, si Deo placet, stultus & dementatus populus, extra òrdinem vocatos reges, & libertatis vindices, cum monasteriensibus accipiet.* Quod si tu cum Beza respondeas, Caluinum & cæteros habuisse extraordinarias vocationes, offendes Episcopos, & Regem nostrum: si dicas, ordinarias, scandalizabis Ecclesias ὦ παῖ σιώπα· πόλλ᾽ ἔχει σιγὴ καλά. Nam Angli pluris facimus ministerium papisticũ, quam vestrum extraordinariæ vocationis figmentum. Imò Zwinglij, Caluini, & aliorum docemus vocationem esse papisticam, Bezamq; id abnutantẽ damnamus. Mirum est, inquit, legitimæ vocationis doctus assertor (Ad. Sarauia de diu. minist. grad. c. 2. p. 52. & seq.) *In Ecclesia Romana quenquam*

Bapti-

Baptiſmum agnoſcere, qui miniſterium Eccleſiaſticum neget. Nam quamuis Romana, nec orthodoxa, nec Catholica, nec Catholicæ Eccleſiæ ſanum membrum ſit: Eccleſia tamen eſt: & vide quid amplius dicam, Ipſa eſt mater noſtra, in qua, & per quam nos Deus regenerauit. Hæc nos Romanis tribuimus, qui veſtras & veſtrorum maiorum extraordinarias vocationes dicimus impoſturam: & à nobis ſtant, tum alii Principes, tum illuſtriſsimus Mauritius Landgrauius; tantùm enim abeſt, vt ille vocationes illas ſeu potius vocationum iactationes approbet, vt legitimas etiam repetendas cenſeat: vt fratres noſtri Lutherani ſcribunt: Cùm enim fratres noſtros Lutherianos Marpurgo pelleremus; ſpõte enim cedere illis, integrum non erat: *Reſpondiſſe enim ſe aiunt:* Daß wir vnſere aber biß dahero getragene Aempter in Kirchen vnd Schulen / ſelbſt vbergeben/ vnd J.F.G. reſignieren ſolten/ fiele vns beſchwerlich vnd bedencklich/ weil wir legitimè darzu vocirt / vnd beruffen / vnd ſie ſelbſt alſo zu verlaſſen nicht gemeynet. Vides quidem eos religioni ſibi ducere officia hactenus, cùm in Eccleſia, tùm ſcholis adminiſtrata Illùſtriſ-

Vocatio Puritanorum

ſimæ

 368

ſimæ Celſitudini ſuæ ſponte in manum tradere, & reſignare, cùm ad ea legitimè vocati eſſent. At Illuſtr. Princeps, quid reſponderit, ex illis audiamus: **Daß wir aber vns beschweren / vnsere Diensten selbsten / J. F. G. vffzutragen / vnd zu resignieren / käme Jhr das wunderbarlich für / dann sie vns noch nicht angenommen / sondern es weren solche Aempter allbereits loß gestorben / mit dem Herren / deme wir zuuor gedienet / vnd** ipſo facto **vns resigniret.** Quòd autem in functionibus noſtris ſponte ſuæ Illuſtriſs. Celſitudini reſignandis conſcientiam prætendamus, non poſſe ſe, non admirari, cùm nunquam nos ſuſceperit, ſed iam dudum officia illa, Domini, cui ſeruierimus, morte, vacua facta eſſe, & ſibi, ipſo facto reſignata: ita illi: An ille Princeps phantaſticas veſtras vocationes approbaret, qui Principis morte eas ceſſare, ſucceſſori de facto reſignatas, ab eoque iterum miniſtros illos acceptandos eſſe docet? Quæ ſi Becanus conſiderare velit, nobiſcum ſentiet. Nullum legitimũ miniſtrum noſtræ pietatis agnoſcat, niſi primò legitimè vocatum, aut ſi morte Domini ſui liber fuerit, noua vocatione, ſeu reuocatione ἀνάκλητον reminiſteriatum. Supereſt vnicus ſcrupulus: Ne Becanus vobis Ge- *Nouum priuilegium Pariſtanorum.*

D neuen-

neuensibus extraordinariouocatiuis, ex nostro Sarauia nouum priuilegium tribuat, magna Academiarum indignatione & damno, videlicet *pronuntiandi, dicendi, creandi, faciendi, se Ecclesiarum pastores, Doctores, Prophetas, Euangelistas, Apostolos, hic & vbique censendos, idque in nomine Dei Calecutani, plaudētibus Lutheranis.*

DE PRIVILEGIO 3. περὶ τῆς πληροφορίας, seu fiduciatione nostra.

BEcanus: *Omnes Caluinistæ certi sunt de sua iustitia, &c. 2. Certi se perire non posse.* Scurra: *Caluinistæ certi sunt per fidem, quia Deus est eorum pater. 2. qui credunt, habent vitam æternam. Ioan. 3. 36. & custodiuntur, 1. Pet. 1. cap. 3. Papistæ fluctuant in fide, non credunt remissionem peccatorum; habent fidem Diabolorum. 4. sunt spurii.*

Primò: Priuilegium hoc nostrum est quarto modo proprium: παντί τε, καὶ μόνον, καὶ αἰεί. Nam ad Lutheranos non pertinere, demonstrat Beza in Coll. Mompelg.

Tanto

Tantò magis fremebant fratres, contra argumenta Becani, ex ſcriptura, Patribus, totaq; vetere Eccleſia, id oppugnantis, nihil reſponſum eſſe. Cùm autem, quæ fratres de πληροφορία noſtra, & reſponſione Scurræ diſſeruerunt, colligerem, fateor, me tentationibus grauib⁹ oppreſſum, adeò fluctuaſſe, vt nihil illa certitudine videretur incertius, adeò vt ne nunc quidem Becani ſententiam, etſi cupiam, damnare poſſim.

Secundò. Ratio noſtra prior: *Certi ſumus, quòd Deus Pater, & Filius, & Spiritus S. ſit noſter Deus. Et ſic credimus remiſſionem peccatorũ, & vitam æternam: certi ergo ſumus, nos habituros vitam æternam.* Conſequentia eſt certa ex Ioan. 3. 36. *Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam.* O mi frater, certi eſſemus: Certitudinem enim hãc nobis faciunt inutilem Papiſtæ, incertã Lutherani, nos euertimus. 1. Inutilẽ faciũt, facto & reſpõſo. Facto quidẽ, cùm & ipſi πληροφορηθέντες, tot mundi bona cõtemnere, tot mala ſubire pro fiducia ſua alacres poſſunt, quotidie rapinã bonorũ ſuorum cum gaudio ferunt, carceres, vincula, vſtulationes, ſectiones, aculeorum ingenia, mortem ſubeunt, his fidẽ negamus, nobis qui de eorũ ſpoliis lauti ſumus, & luxuriamur, arrogam⁹? Crede mihi, frater, non leue momentũ in vtramque partẽ habent exempla, quæ apud eos hîc in

Fiducia Caluiniſtarum.

facinoribus destruamus, sic Sacerdotes sancti sumus, sic opera nostra oblatio munda; nam vt persona, sic opera placent. Explicuit nobis hoc egregiè frater noster Philippus Nicolai (Summa der Caluinischen Religion) Non ergo arduum Becano fuerit à Lutherianis adiuto priuilegio auctiore nos ornare: *Caluinistæ sunt sacerdotes in se adulteri, homicidæ, raptores, iniusti, sunt templa adulteriis, cædibus, rapinis, iniquitate polluta, à Deo tamen habentur sancti, & sordes suas offerunt Deo mundam & acceptabilem hostiam, in odorem suauitatis. Sed quis Deus ille, cui Caluinisticæ sordes tam suaue olent?* Becanus subridet. At fratres Lutheriani vpupam dicerent, aut Scarabæum, sunt enim, vt nosti, naturâ παῤῥησιαςικοὶ, sanè grauissimè & inuidiosissimè exagitat, hostiarum talium auctorem D. Philip. Nicolai (Kurtzer Bericht pag. 29. & 30.) *Vnde firmiter, inquit, irrefragabiliter,* ἀναντιῤῥήτως *consequitur, Caluinistas, cum huiusmodi proprietates, &* ἐνεργείας *Deo suo tribuant, tanquam cœcos, furiosos, dæmonium habentes, pro Deo viuo, æterno, omnipotente, abominatissimum dæmonem colere, & inuocare, & secundùm Lutheri dictum,* Eingeteuffelte / durchgeteuffelte / vnd vberteuffelte Hertzen haben müssen. Nec video, quomodo corda δε-

Oblatio munda sunt sordes Caluinistarum.

Quis Deus placetur sordibus Caluinistarum.

διαβολιωμένα possint Dei templum, aut hostia munda esse. Nescio, an non quærendus alius Deus, de quo idem Doctor (pag. 30.) *Deum esse Calecutanum in India: nam ibi Dæmon pro Deo colitur & adoratur.* Qualia sacrificia olim sibi Dei gentium fieri imperarint, quales cultores elegerint, operæpretium est legere apud Augustinum, ex libris prior. 6. de ciuit. Dei.

Quales sacerdotes Romani.

Tertiò. Cõuitium ergo est, quod in nos facile retorquetur, cùm eos dicimus esse sacerdotes diaboli; nam illi primò aiunt, se sacerdotes, spiritales hostias offerre, non sordes, deinde Deo, non ταύρῳ ἐνθέῳ, Europę iumento, vel τῷ Schor gibbor Hebræorum, multò minus Deo Calecutano. 2. Affirmant, quosdam suorum Sacerdotes propriè dictos, sed eius Dei cuius (Epist. presb. Achaiæ) Andreas, cæteriq; Apostoli, Ignatius, Polycarpus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Basilius, Nanzianzenus, Chrysostom⁹ fuêre sacerdotes. 3. Apostolos, Pastores, Episcopos fuisse sacerdotes, propriè dictos, nec ante Lutherũ Episcopum fuisse vllum nõ sacerdotem, sic appellari in libris Patrum, cõciliis, iure canonico, ciuili, & vniuersæ Ecclesiæ consuetudine.

Quartò. Lutheriani fratres nostri, norunt Deũ, Patrem nostrũ, norunt & domũ Patris nostri, h.e. cœlum nostrũ, prudenter

ergo

ergo fidem illis habere poſſet Becanus. Eos igitur audiamus. (Philippus Nicolai Jm kurtzen Bericht von der Caluiniſten Gott, pag. 30. & 31.) Quæſtio: *Quale cœlum habet?* Deus Caluiniſtarum ſcilicet. Reſp. *Cœlum habet, in quod Idololatræ, ἀθέατοι, infideles pagani, vt Hercules, Theſeus, Socrates, Ariſtides, Antigonus, Numa, Camillus, Catones, Scipiones profecti ſunt. Ita ſcribit Zvvinglius in Chriſtianæ fidei expoſitione, ad Regem Chriſtianiſsimum:* Du wirſt dort ſehen in einerley Geſellſchafft/alle heilige/ fromme/weiſe/ männliche/ ehrliche Leuth. & poſt aliquot verba interiecta: Den Herculem/ Theſeum/ Socratem/ Ariſtidem/ Antigonum/ Numam/ Camillum/ Catones/ Scipiones/ vnd deine Vorfahren alle/ die im Glauben ſeynd verſtorben. Hæc diluenda ſunt, & domeſtica bella ſedanda. ac tum demum de obruendis per maledicentiam Papiſtis cogitandum. Niſi enim Becanus oblitus eſſet ſyllogiſticen, moleſtus eſſe pergeret: quorum Deus in cœlo ſuo habet idololatras, Herculem &c. Illi Sacerdotes ſunt diaboli, Caluiniſtarum Deus, ſi Lutherianis credimus, & Zwinglio, habet tales. Vel: quorum συμμύστας & συνιερεύοντας, conſacerdotes ſunt Hercules, Theſeus, Socrates, Catones, Scipiones,

Sacerdotes collegæ Caluiniſtarũ.

nes, illi ſunt ſacerdotes Iouis, Æſculapii, &c. At Caluiniſtarum συμμύσται ſunt illi. Concludant Lutherani.

Quintò: Scurra: *Chriſtus in nouo Teſtamento dedit quidem Eccleſiæ Apoſtolos, Prophetas, Euangeliſtas, paſtores, Doctores: ſed non dedit Sacerdotes Chriſmatiſatos, quales nos ſumus.* Tragœdias penè hæc verba peperere, & aliâs monui Germanos, non mouere hanc Camarinam ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων. Tum quia iuriſdictio tangitur, res tenerrima, & φορτικὸν eſt imperium Anglicanorum Epiſcoporum. Tum quia inter Anglos & Geneuenſes, omneſque Eccleſias Gallicanas & Germanicas grande certamen, & nondum coalita vulnera redintegrantur. Noſtri enim Epiſcopi omnes Eccleſias extra Britanniam, veris Paſtoribus, aut carere iudicant, aut ſuæ doctrinæ conuenienter iudicare debent, & idem de nobis eſt illatum, aut debet eſſe iudicium. ſic verò nos pro Becano argumenta ſtrueremus. *Puritani negant Anglopapiſtas habere legitimos Paſtores & doctores. Anglopapiſtæ negant habere Puritanos, Becanus cur non credat vtriſque, cauſam nullam habet.* Lutheranus inferet: Ergo non ſunt Eccleſiæ Chriſti: Nam ſuæ Eccleſiæ dedit Paſtores & Doctores Chriſtus.

Graue diſſidium Caluiniſtarum.

Caluiniſtica Eccleſia orba paſtoribus.

ſtus. Ergo ſunt Eccleſiæ Dei Calecutani. Adrianus enim Sarania, quo cum ſentiunt Eccleſiæ Anglicanæ: (de diuerſis miniſtr. gradibus, cap.1.pag.10.) *Si Geneua, inquit, abolitionem Epiſcoporum non probaſſet, & hos presbyteros & Diaconos non recepiſſet, nemo id eſſe faciendum in ſacris literis inueniſſet, aut inueniret. Nos presbyterorum & Diaconorum veſtrorum inuentionem humanam putamus.* Et deinde (cap. 2. pag. 45.) *Acerrimi interea ſunt ſuorum Epiſcoporum hoſtes (de Puritanis & Epiſcopis Anglicanis ſermo eſt) quorum functionē & nomen tanquam Antichriſtianum deteſtantur. Narrat deinde geſta eorum, qui Eccleſiam Anglicanam, non alio loco habent, quàm Romanam, hoc eſt, Antichriſtianam.* Certè Coppingeri & Hacketi furias noſtri imputant extraordinariæ vocationi Geneuenſium. Hæc cùm ſit Caluini, Bezæ, Caluinianorum & Bezanorum diſcipulorū ſententia, valde importunè Paſtorum & Doctorum eſt facta per Scurram mentio. Nam quia Epiſcopos non nominauit, arbitrati ſunt, ſe præteritione, ſenatu motos, & infamia notatos: Cuiuſdam etiam Archiepiſcopi Diaconus: meminerint, inquit, de ſeminio Ranarum Gebennenſium nata βατραχίδια, ſe paſtores nō eſſe, tum quia Epiſcopos nō habent, tum quia vocatione

carent:

carent: & hæc ex Sarauio verba mihi tradidit: (cap. 2. pag. 43.) *Nam ſi datur locus extraordinariæ vocationi, quænam, obſecro, erit illa? quo nomine eum vocabimus, qui ſic vocatus erit? quem eum eſſe dicemus? num Apoſtolum? num Prophetam? num Euangeliſtam? eadem ratione quà ſe paſtorem & doctorem dicit, etiam ſe eſſe Apoſtolum, vel Euangeliſtam iactare poterit, ſed non hic ſe continebit malum: idem ſimiliter in Republica metuendum erit: nam ratio nulla eſt, cur in Eccleſia extraordinariæ vocationi potius locus ſit, quàm in Republica, atq; ita, ſi Deo placet, ſtultus & dementatus populus, extra òrdinem vocatos reges, & libertatis vindices, cum monaſterienſibus accipiet.* Quod ſi tu cum Beza reſpondeas, Caluinum & cæteros habuiſſe extraordinarias vocationes, offendes Epiſcopos, & Regem noſtrum: ſi dicas, ordinarias, ſcandalizabis Eccleſias ὦ παῦ σιώπα πόλλ' ἔχει σιγὴ καλά. Nam Angli pluris facimus miniſterium papiſticũ, quam veſtrum extraordinariæ vocationis figmentum. Imò Zwinglij, Caluini, & aliorum docemus vocationem eſſe papiſticam, Bezamq; id abnutantẽ damnamus. Mirum eſt, inquit, legitimæ vocationis doctus aſſertor (Ad. Sarauia de diu. miniſt. grad. c. 2. p. 52. & ſeq.) *In Eccleſia Romana quenquam Bapti-*

Baptiſmum agnoſcere, qui miniſterium Eccleſiaſticum neget. Nam quamuis Romana, nec orthodoxa, nec Catholica, nec Catholicæ Eccleſiæ ſanum membrum ſit: Eccleſia tamen eſt: & vide quid amplius dicam, Ipſa eſt mater noſtra, in qua, & per quam nos Deus regenerauit. Hæc nos Romanis tribuimus, qui veſtras & veſtrorum maiorum extraordinarias vocationes dicimus impoſturam: & à nobis ſtant, tum alii Principes, tum illuſtriſsimus Mauritius Landgrauius; tantùm enim abeſt, vt ille vocationes illas ſeu potius vocationum iactationes approbet, vt legitimas etiam repetendas cenſeat: vt fratres noſtri Lutherani ſcribunt: Cùm enim fratres noſtros Lutherianos Marpurgo pelleremus; ſpõte enim cedere illis, integrum non erat: *Reſpondiſſe enim ſe aiunt:* Daß wir vnſere aber biß dahero getragene Aempter in Kirchen vnd Schulen / selbst vbergeben / vnd J.F.G. resignieren solten / fiele vns beschwerlich vnd bedencklich / weil wir legitimè darzu vocirt / vnd beruffen / vnd sie selbst also zu verlassen nicht gemeynet. Vides quidem eos religioni ſibi ducere officia hactenus, cùm in Eccleſia, tùm ſcholis adminiſtrata Illuſtriſſimæ

Vocatio Puritanorum

ſimæ Celſitudini ſuæ ſponte in manum tradere, & reſignare, cùm ad ea legitimè vocati eſſent. At Illuſtr. Princeps, quid reſponderit, ex illis audiamus: Daß wir aber vns beſchweren / vnſere Dienſten ſelbſten / J. F. G. vffzutragen / vnd zu reſigniereu / käme Jhr das wunderbarlich für / dann ſie vns noch nicht angenommen / ſondern es weren ſolche Aempter allbereits loß geſtorben / mit dem Herren / deme wir zuuor gedienet / vnd ipſo facto vns reſignirer. Quòd autem in functionibus noſtris ſponte ſuæ Illuſtriſs. Celſitudini reſignandis conſcientiam prætendamus, non poſſe ſe, non admirari, cùm nunquam nos ſuſceperit, ſed iam dudum officia illa, Domini, cui ſeruierimus, morte, vacua facta eſſe, & ſibi, ipſo facto reſignata: ita illi: An ille Princeps phantaſticas veſtras vocationes approbaret, qui Principis morte eas ceſſare, ſucceſſori de facto reſignatas, ab eoque iterum miniſtros illos acceptandos eſſe docet? Quæ ſi Becanus conſiderare velit, nobiſcum ſentiet. Nullum legitimũ miniſtrum noſtræ pietatis agnoſcat, niſi primò legitimè vocatum, aut ſi morte Domini ſui liber fuerit, noua vocatione, ſeu reuocatione ἀνάκλητον reminiſteriatum. Supereſt vnicus ſcrupulus: Ne Becanus vobis Ge-

Nouum priuilegium Puritanorum.

neuensibus extraordinariouocatiuis, ex nostro Sarauia nouum priuilegium tribuat, magna Academiarum indignatione & damno, videlicet *pronuntiandi, dicendi, creandi, faciendi, se Ecclesiarum pastores, Doctores, Prophetas, Euangelistas, Apostolos, hic & vbique censendos, idque in nomine Dei Calecutani, plaudetibus Lutheranis.*

DE PRIVILEGIO 3. περὶ τῆς πληροφορίας, seu fiduciatione nostra.

BEcanus: *Omnes Caluinistæ certi sunt de sua iustitia, &c.* 2. *Certi se perire non posse.* Scurra: *Caluinistæ certi sunt per fidem, quia Deus est eorum pater.* 2. *qui credunt, habent vitam æternam. Ioan.* 3. 36. *& custodiuntur,* 1. *Pet.* 1. *cap.* 3. *Papistæ fluctuant in fide, non credunt remißionem peccatorum; habent fidem Diabolorum.* 4. *sunt spurii.*

Primò: Priuilegium hoc nostrum est quarto modo proprium: παντί, καὶ μόνον, καὶ αἰεί. Nam ad Lutheranos non pertinere, demonstrat Beza in Coll. Mompelg.

Tanto

Tantò magis fremebant fratres, contra argumenta Becani, ex scriptura, Patribus, totaq; vetere Ecclesia, id oppugnantis, nihil responsum esse. Cùm autem, quæ fratres de πληροφορία nostra, & responsione Scurræ disseruerunt, colligerem, fateor, me tentationibus grauib⁹ oppressum, adeò fluctuasse, vt nihil illa certitudine videretur incertius, adeò vt ne nunc quidem Becani sententiam, etsi cupiam, damnare possim.

Secundò. Ratio nostra prior: *Certi sumus, quòd Deus Pater, & Filius, & Spiritus S. sit noster Deus. Et sic credimus remissionem peccatorũ, & vitam æternam: certi ergo sumus, nos habituros vitam æternam.* Consequentia est certa ex Ioan. 3. 36. *Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam.* O mi frater, certi essemus: Certitudinem enim hãc nobis faciũt inutilem Papistæ, incertã Lutherani, nos euertimus. *Fiducia Caluinistarum.*

1. Inutilẽ faciũt, facto & respõso. Facto quidẽ, cùm & ipsi πληροφορηθέντες, tot mundi bona cõtemnere, tot mala subire pro fiducia sua alacres possunt, quotidie rapinã bonorũ suorum cum gaudio ferunt, carceres, vincula, vstulationes, sectiones, aculeorum ingenia, mortem subeunt, his fidẽ negamus, nobis qui de eorũ spoliis lauti sumus, & luxuriamur, arrogam⁹? Crede mihi, frater, non leue momentũ in vtramque partẽ habent exempla, quæ apud eos hîc in

Anglia ſunt eximia, apud nos flagitioſa. Sed hæc facta hypocriſi, deputare poteſt noſtra ad iudicandum περιπέτεια: Reſponſo occurrere, quî poſſumus? Qui credit in Filium Dei, vera, viua fide, & perſeueratura in finem caritate, is habebit vitam æternam, an tu certus es, te ita credere? *Sentio*: inquis: valde tu quidem αἰσθητικὸς es, frater, qui non modò præſentia ſentias, ſed etiam certus es, deſituram nunquam eſſe. *Ego Pareus*, inquis, *credo*, (Rom. 8. 1.) *ſenſus eſt, non fidei articulus*, rectè tu quidem, *credere te ſentis, & habere ſtudium pietatis ſentis*, ſed ſenſu tuo, & in ſenſu ſuo nimis abundante. Sed plagam tamen infers πληροφορία quæ iam etiam tuo ſenſu nititur, & falli facili & fallente, nonne idem & reprobi ſentiunt? Sed vtcunque ſentias, certè futura non ſentis, nondum enim ſunt.

Senſu nititur.

2. Incertam faciunt Lutherani, quos tu fratres, & συνθεμελίους in religione vocas? (Præfat. in 1. Cor.) Illi perdere nos fidem & ſtudium boni operis conſtanter docent: (Colloq. Mompelg. pag. 463. & ſeq.) *Si mori poſſunt, inquit Iacobus, ergo & fidem amittere poſſunt, credunt ergo, ſe amittere poſſe, tu autem eos fundamentum tenere aſſeris*, (Præfat. ad 1. Cor. & c. 1.) *& tamen*

tamen, quia fides eorũ amitti poteſt ex tua ſententia, non eſt ſaluifica. Si fides eſt, inquis, certa perſuaſio gratiæ & ſalutis, præſentis & futuræ, vtique eſt indelebilis ſimpliciter: Ideò eos ἀσύστατα docere contendis: nunc vide argumentum ſimile Becani ſyllogiſmis. Quorum fides non eſt indelebilis ſimpliciter, non eſt πληροφορία ſeu certa perſuaſio &c. At Lutheranorum non eſt indelebilis ſimpliciter, non eſt ergo perſuaſio certa gratiæ, & ſalutis præſentis & futuræ, non ergo habent noſtram illi certitudinem, & tamen ſaluantur, ergo ſine illa noſtra πληροφορία aliqui ſaluantur, non ergo illa eſt neceſſaria ſaluti.

3. Noſtri ſcriptores certitudinem penitus euertunt. *Nota infallibilis*, inquit Aretius, *ſeruare* τὰς ἐντολάς. Et Beza (Coll. Mompelg. pag. 481. & ſeq.) oſtendit, *nonniſi à poſteriore nos de electione certos eſſe*, & non omnino falsò, nam qui dicit, ſe noſſe Deum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt: At mandata Dei ſeruare non poſſumus, τῶν ἀδυνάτων γὰρ ὁ νόμος. Quod ſi ſeruamus, an etiam ſentimus nos ſeruare? etiam tum cum tentatione ſuccumbimus? Reſpondebis quidem tu pro Scurra; euangelicè ſeruare

Fiducia nititur operibus.

1 Ioan. 2.

nos,

nos, non legaliter; id postea disputabitur. Nunc satis est, sentiri non posse, an seruemus euangelicè, quod violamus legaliter, nisi Dauidem adulterantem & occidentem, tam minutim credis, distinxisse, vt crederet, se illa præcepta seruare euangelicè, non tamen legaliter.

Petro repugnat. Tertiò. Alterum argumentum Scurræ: *Qui custodiuntur virtute Dei per fidem, non possunt perire, nos ita custodimur, non ergo possumus perire.* Verba sunt Romani Pontificis (1. Petr. 1. 5.) *Qui virtutis Dei præsidio custodimini per fidem, ad salutem paratam patefieri tempore vltimo.* Verùm notârunt fratres, verba illa fiduciationem non stabilire, & textum potius aduersari. Sensus est enim, electos illos aduenas non suis viribus, sed Dei potentiâ esse in periculis tutos; Custodiris, sed an etiam custodiam sentis? etiam de semper mansura prophetas? 2. Apostolus, *sanctos, electos, custoditos* vocat, vt nostri Interpretes scribunt, judicio charitatis, quæ non cogitans malum, omnes vocat electos, quos non nouit esse reprobos. an tamen idcirco omnes illi electi? certitudinem autem ex iudicio charitatis alienæ sibi fabricari hominis est, communi sensu carentis. Nec minus insanum toti alicui Ecclesiæ dicta, sibi certò applicare, an si quis-

quiſpiam Heidelbergenſes Profeſſores doctos ſalutet, tu mox prouolares, doctus ego? & certò doctus? 3. Contextum obſtare demonſtrat ſcopus epiſtolæ, & ſingulæ penè ſententiæ. Scopus enim eſt, exules pro CHRISTO confirmare, ne deficiant, timebant ergo, & monendo eos timere docet. Hinc illa: (v.13.) ſtate ſuccincti lumbos, (v.17.) conuerſari in timore (c.5. 8. 1. c.4.19.) *Sobrios eſſe, vigilare, commendare Deo animas in benefactis*, hæc, & totum caput tertium illam confidentiam expugnat.

Quartò: *Romano-Catholicos negat credere remiſsionem, vitam æternam, &c.* Bonum factum: vtilis eſt illa æquiuocatio, populus enim, qui nec ipſe fiduciationem noſtram habet, cùm hæc audit, exiſtimat eos omnino atheos eſſe, nec credere vitam vllã poſt huius occaſum ſupereſſe. Verùm hoc eſt cum laruis pugnare, & hoſtem tibi fingere, quem vincas. Cum Becano aliter agendum: *Credit ille, ſperat, cum tremore ſalutem ſuam operatur*, (Rom. 11. 23.) ſibi dictũ exiſtimat, *Vide ne excidaris*, (Rom. 11. 20.) *noli altum ſapere*. Omnibus ritè pœnitentibus nouit remitti peccata. At de ſe nõ magis ſecurus eſt, quã ſpes diuina, miſta timore præſtare ſolet. Neq; video, cur hoc in Romano-Catholicis reprehendamus, *Lutheraniam e xplodunt.*

cum neq; Lutherani certi sint fidem suam indelebilem esse, imò articulum fidei putant omnino delebilem esse. 2. Nostri etiam interpretes cùm ad se redierunt, illam certitudinem à nobis non exigunt, cur nos tam duri sumus, vt à Papistis exigamus, quod præstare ipsi non possumus? Præclarè Beza (in 1. Ioan. 5. 17.) docet, *Peccatum ad mortem non esse, particularem lapsum aduersus primam tabulam, cuiusmodi sunt, etiam dubitatio aliqua de* Deo, *de veritate Scripturæ, de Christo, de aliis ad Dei cultum propriè pertinentibus. Supersunt enim eorum vitiorum semina in regeneratis: adeò vt interdum horrificos fructus edant, in ipso tentationis æstu. Sicut in Iobo, in Mose, in Aarone, in Dauide denique, qui tamen erat secundùm cor Domini. ex Psalmo 73. & 116. 11.* Bezanam fidem sine felle odii, & occupatione iudicii cum Romana comparemus. Bezæ fides manet Dei fides, etiam cum dubitat, an sit Deus? an scriptura mentiatur, an Christus sit redemptor? an Deus colendus? & Romanorum fides cum timent, ne cadant, ne excidantur, ne à leone deuorentur, odionè an amore sint digni, fides erit Diabolorum? an Beza cùm de fidelitate Dei salutem promittentis, de veritate scripturæ eam asserentis, dubitat, potest de ipsa salute certus esse?

Beza fides etiam toll.

342

esse? Dico amplius, adfert exemplum Iobi, qui penè constanter desperauit, *& quasi seposita de Deo cogitatione, furens natali tuo maledicit.* (Beza περὶ ἐγομένοις in cap. 3. Iobi) nondum tamen Bezæ illa fides, est fides Diabolorum. & tamen si Romanus dubitet, iam mox est fides Diabolorum. Cuius fidei tam pertinax est odium, vt per latera nostra Romanos petamus? de Deo dubitantes, salutis in Deo certos nos iactamus? Neque valet effugium, exiguam esse dubitationis vmbram, qualem Sophistæ vocant, motum primò primum, actum indeliberatum. Nam horrificos fructus vocat Beza, & exemplum Dauidis, & aliorum habent dubitationem, diffidentiam, idololatriam, adulteria, homicidia. Alia ergo quercus excutienda, & facit Beza (Mompelg. pag. 464.) *Ego dico, Dauidem in adulterio perpetrato retinuisse fidem & Spiritum sanctum, neq; eam amisisse. Quod similitudine declarabo: Ebrius non amittit intellectum seu rationem, etsi quamdiu ebrietas caput eius occupat, ratio se non exerat, sed similis sit animali bruto.* Tu quoque doces: *Quod fides vera numquam excidat, aut deficiat penitus, sed coniuncta sit cum perseuerantia totali & finali, ita vt licet, lapsibus & peccatis sanctorum aliquando foris deficiat fidei actus: in-* *Manet fidei habitus.*

tus tamen nunquam deficiet fidei habitus. aut ego valde erro, aut hæc penitus fidem nostram euertunt. 1. Si actus fidei deficiat, ingruente desperationis actu, si actus charitatis tollatur odio, manet tamen habitus, sed an & tum certitudo: Qui actu dubitat, certus non est, de quo dubitat, & concidit illa de *sensu fidei* iactatio; nam credere habitu, ille se non sentit, qui actu non credit. 2. Hinc euanescit penitus ille totius fiduciationis apparatus, Qui credit, saluatur; Ego credo, nam si habitu solo, deficiente actu, vnde nosti te credere? 3. Illa sola fides est πληροφορία, & saluti sufficiens, quæ est simpliciter indelebilis: At solus habitus est talis; ergo solus est fides, sufficiens saluti. Vnde mira portenta opinionum sequuntur. 1. ea, quæ dicuntur de actu credendi, & qui credit in Filium Dei &c. accipienda de habitu: & confirmat Bezæ similitudo, nam vt ipsa ratio seu mens, non autem intelligentiæ actus hominem facit, ita quoque fidelem, non actus fidei, sed credendi habitus. 2. cùm fides dicitur *apprehendere iustitiam Christi*, hoc quoque de habitu intelligendum est: ideò totum, quod ex 15. gen. & Rom. 4. de fide Abrahami adferunt, vanum est, nam ille *actu credidit, & per actũ iustificatus est.* 3. Monstrum est habitus chari-

charitatis, fidei, cum infidelitatis actu, homicidiis, aliis facinoribus perseuerans, & iustificans, valde ea re offenduntur fratres nostri Lutherani (Coll. Momp. pag. 465.) *non vellem mille florenos, imò ne totū quidem terrarum orbem accipere, vt talia meis auditoribus proponerem, tam manifestè impia: Quod videlicet perpetrantes peccata contra conscientiam, scortatores & adulteri, si sint electi, retinent in ipso actu peccati fidem, & Spiritum S.* Sed illud hîc non agimus, tantum enim quærimus, an certa experientia in hisce flagitiis plenissimè sciat se electus retinere habitum, cui contrarios actus sentit? Quin & hoc accuratè ἐνθυμητέον, an ne illa sit fides, caritasque dœmoniorum, *quæ de Deo, scriptura, Christo, salute dubitat, adulteratur, edit, occidit, blasphemat*, & hæc omnia cùm faciat, quæ dœmones faciunt, manet tamen fides?

Abyssus impietatis Caluinianæ.

Quintò: Quin etiam, si diis placet, ex Bellarmino probatur certitudo fiduciaria; *Imò, inquit, quādo Episcopus est latenter hæreticus, quomodo nos certi sumus certitudine infallibili, quod iste, quē videmus, est verus Episcopus, & tamen non credimus, quod nos ipsi credamus, aut quod simus iustificati.* Bis hîc peccat Scurra, nam & calumniatur, & id, quod nos quoq; credimus, in Bellarm. reprehendit. Calumnia est, quia ἁπλῶς

Calumnia noua.

Bellarm.

Bellarm. impingitur, quod ille κατά τι dixerat (lib. 3. cap. 10. de Ecclesia militante) *Nam cum Episcopos videmus in Ecclesia, scimus, ait, eos locum Christi tenere, & nos illis obedientiam debere, satis enim ab Ecclesia pro talibus haberi, an vero habeant ordinis aut iurisdictionis potestatem moraliter constat.* 2. Id rationibus & Patrum auctoritate docet; eadem ergo in illos calumnia cōuenit, & fides eorum, fides dicenda erit diabolorum. 3. Nos idem scribimus & docemus. Noster Sarauia illos Episcopos veros adeo fuisse censet, vt ab illis dependeat vocatio nostrorum Episcoporum; at nostri verè & ἀναμαρτήτως certi sunt, se Episcopos esse, & locum Christi tenere in Ecclesia, ergo & illos à quibus vocationis suæ traducem acceperunt. 2. Caluinus noster requirit, vt qui baptizat, legitimus sit minister, & talis habeatur ab Ecclesia, ac tum certus est ritè administratū Sacramentum; ergo & certus eum talem, locum Christi in Ecclesia tenuisse. 3. Beza vlterius etiam progreditur; nam si ipse Satan modò formam ministri indutus baptizaret, certus est legitimum esse baptisma, ac proinde eum locum Christi tenere, nonne & idem de Episcopo latenter hæretico diceret? Certo certius est, hanc fidem esse diabolorum, quæ

Supra, priuilegio 1.

quæ malignis illis ſpiritibus tantam in Eccleſia prærogatiuam aſsignat: doleò tamen, ſcurram vndique fragili quærentem illidere dentem, ſolido infringere.

Sextò: Nulla certitudo ſaluti neceſſaria vel idonea eſt, quæ requirit, vt mendacio credamus, noſtra certitudo talis eſt. Propoſitio probatione non eget, nam certitudo nixa mendacio, vel ſtultitiæ eſt, vel pertinaciæ, vel vtriuſque: non eſt ergo fidei certitudo, vel ſi eſt fidei, eſt fidei Diabolorum, non Chriſti. Aſſumptio eſt noſtri Bezæ (Colloq. Mompelg. pag. 482.) Homini tentato dicendum eſt, ſolem ortum eſſe, etiamſi nondum ortus ſit; at hoc, niſi fallor, eſt luculentum mendacium, cui tentatus iubetur credere. Amplectamur ergo priuilegium à Becano datum, & Scurram contemnamus, imò verò vti par eſt, Priuilegium in optima forma, in conſcientiarum noſtrarum archiuio cōſeruemus. *Omnes Caluiniſtæ certi ſunt de ſua iuſtitia, ſanctitate, perſeuerantia, prædeſtinatione, & vita æterna: ideoq; certi ac ſecuri, quicquid tandem eueniat, perire non poſſe, nec tantùm certi ſunt, cùm certi ſunt, ſed etiam cùm de Deo, ſcripturæ veritate, Chriſto, ſalute ſua dubitant, cum infidelitate, diffidentia, adulteriis, homicidiis, delinquunt. nec hoc tantùm, ſed certi ſunt, menda-*

Certitudo Caluiniſtica nititur mendacio.

mendacium, quod mendacium est, in salutis certitudine esse veritatem, & certi sunt solem esse ortum, etiamsi nondum ortus sit.

An Catholici, an Caluinistæ spurii, de vtrorumque parentibus.

Septimò: Vltimo loco omnibus Papistis obiicitur *genus, sunt enim S.P. id est, sine patre, vulgò concepti, spurii. Ratio, quia orationi Dominicæ subiungunt Angelicam salutationem.* Censent fratres nimis hoc esse in tot Reges, Principes, Comites, & nobiles angelicam salutationem vsurpantes contumeliosum: In Dei matrem blasphemũ, quasi illa habeat filios aliquos S.P. sed ludicrã historiam, si graue non est, narrabo. Detinebatur carcere puer nobilis, decennem puto fuisse, cũ fame, metu flagellorum, ostenso carnificum apparatu, ad nostram pietatem adduci non posset, & vltra sæuire verecundiâ teneræ ætatis Episcopus non auderet, dissimulatâ in præsens irâ, ex hac Scurræ disputatione eum aggressus est: *Recita*, inquit, *Pater noster*, fecit impigrè, quod volebat Episcopus, addidit etiam, *Aue Maria*, quod ille nolebat. Tum Episcopus, *Cur eam salutas?* P. Roga Elisabetham, aut Gabrielem, si me interrogas, quia est mater Domini mei. E. *Cur non potius adis Deum?* P. *Deum adeo, & cum matre Dei.* E. *An mater senior filio?* P. Humanitate senior, diuinitate iunior. E. *An ergo Maria Deo misericordior?*

P Maria

P. Maria vt ſit miſericors, habet à Deo infinitiſsimè miſericordiſsimo, miſericordia increata, Marianæ miſericordiæ creatrice. Reuerendiſsime Domine, an illi miſericordiores Deo, quibus ſcribit beatus Paulus (Rom. 15.30.) *Obſecro ergo vos fratres, per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, & per caritatẽ S. Spiritus, vt adiuuetis me in orationib. veſtris pro me ad Deum?* E. *Scin Deum eſſe patrem tuum?* P. vnde enim veſtra tormenta vincerem puer? E. *qui matrem nominant, ſpurios ſe agnoſcunt, quia neſciunt patrem.* P. Imò verò nos patrem & matrem agnoſcimus, & mater noſtra Maria legitimè Deo iuncta eſt, vos matrem nõ habetis, aut eam erubeſcitis, de ancilla ergo eſtis vos, nos autem nobiles, qui ſtemmata patris & matris exhibemus, vos etſi de patre gloriemini, quod ego non credo, de matre certè confiteri debetis, quod me nominare non decet. E. *Imò & tu, & omnes Papiſtæ ſpurii.* P. Si ideo ſpurii, quia ſalutamus virginem matrem, poſtquam adorauimus Deum Patrem, nobiſcum ergo ſpuria Eliſabetha, Gabriel Angelus, & quod meæ horrent aures, ex tua tamen prudentia ſequitur, ſpurius Spiritus S. ſpurius Deus; cuius ore Mariam Angelus, & Eliſabetha ſalutârunt: Vobis, ſi Maria non eſt mater, nec frater Chriſtus, nec

Mater Caluiniſtarum.

Deus

Deus Pater. Nam Deus nullos filios habet, nisi fratres Christi, & filios Mariæ. an ergo, ex patre Diabolo estis vos? Ludicra res vulgata, maximos risus apud Germanos Hansaticarum vrbium negotiatores excitauit. Dicebant enim ex suorum scriptis (Phil. in c. **Im kurtzen Bericht.** pag. 26. 27. & 31.) *Clarum est. Nam Caluinistarum Deus est leuis, lasciuus, impurus, versipellis, dolosus, fallax, sanguinarius Moloch. Qui dicitur in sacris literis* (1. Pet. 5.) *Leo rugiens, antiquus hostis, maledictus Leuiathan,* **Welchen die bezauberten Caluinisten für jhren GOtt ehren/ anbeten/ vnd anruffen.** Ita fratres nostri. Percommodè accidit, quod hic de spuriis paragraphus Bataunm suspicione liberauit, non enim deerant, qui eum libelli parentem arbitrarentur: falsò; cui enim probabile videri posset, ipsum, spurium vitulamen, exulem nominis sui, maternarum sordium conscium, tot Regibus, & generosissimis familiis natales obiicere? Nisi tamen dicat quispiam vertiginosum & meretricium spiritum, in sua opprobria fœcundum esse, & more scorpij periclitantis, venesicam caudam in sua viscera conuertere.

Pater Caluinistarũ.

DE PRI-

DE PRIVILEGIO quarto, seu de Spiritu scripturæ interprete.

BEcanus: *Omnes Caluinistæ per internam Spiritus sancti testificationem, norunt discernere inter scripturas canonicas & non canonicas. 2. Ideo in hac re non indigent iudice controuersiarum.*

Scurra: *Sunt quidem varia κριτήρια, sed tamen opus est instinctu Spiritus sancti, vt etiam Romano-Catholici docent. 2. Non omnes Caluinistas discernere, sed τοὺς Illuminatos. 3. Opus habere iudice controuersiarum. 4. Caluinistas semper ad scripturas prouocare.* Ignauiam & præuaricationem proditoris, scio, frater, tibi quoque inuisam esse; nam hæc non vnum, sed μυριάδα Paparum, & interpretum scripturæ mox paritura (vtinam ψευδὴς sim οἰωνές) prospicio. at censuras consistoralium animaduerte. Primò: inter κριτήρια scripturæ canonicæ, *ponere antiquæ Ecclesiæ testimonium*, est vti argumentis papisticis, eaque vtendo, approbare, nam eo vsi sunt Tertullianus, cùm adhuc Papi-

 sta esset,

ſta eſſet, & Auguſtinus Papiſtarum acerrimus defenſor, adeò vt pro defuncta matre Miſſam fecerit, & monachiſmum nouum inſtituerit. 2. Si teſtimonium veteris Eccleſiæ in recipiendis ſcripturis habet authoritatem, eâdem nos premerent Papiſtæ in earum interpretatione, & ex ſuo Auguſtino iuberent nos Eccleſiæ credere interpretanti ſcripturas, cui credimus danti. 3. Quia fratres noſtros Lutheranos contra nos armaremus. Nam & illi iam etiam hoc argumento delectantur, (Coll. Mompelg. pag. 347.) *Cuperem mihi*, inquit Iacobus, *ſaltem vnum ex ſcriptoribus Eccleſiaſticis veteribus, aut nouis nominari, qui in hunc modum verba Ioannis Euangeliſtæ interpretatus ſit.*

Secundò: Publico peſsimo factum eſt, quod in noſtris Eccleſiis vulgatum eſt, ex Valentio & Andradio Papiſtas *ſcripturis credere, & ob Dei reuelantis veritatem credere.* Noſtris enim auditoribus perſuaſimus, eos neſcire, qualis liber ſit Biblia.

Tertiò. Non eſt nobis cum illis hoc priuilegium commune. Nam etſi commune eſt omnibus, credere, quia Deus reuelauit; ſi tamen quærat Becanus, & vnde ſcis, Deum reuelaſſe? tum ad ſpiritum priuatum, hoc eſt, ſecundùm Scaligerum, tua deliria refugis. & hoc κελτήειον reſpōdes.

Beca-

Becanus ad Eccleſiam, miracula &c. eo modo quo deſcriptum eſt in *Circulo*, ex quo quia nondum exiſti, promptum erit illa videre. *Circulus Caluiniſtarum*

Quartò. ait Scurra: *Deinde dicunt, quod eſt veſtrum mendacium, quod dicant, omnes ſuos poſſe diſcernere inter ſcripturas.* Itanè verò? Imò verò mentitur nebulo, & iniuriam facit omnib. Eccleſiis fidelium. Nam primò *omnes, omnes, omnes oues meæ vocem meã audiunt, ego ſum ouis.* Ergo. Quod ſi propoſitio maior reſtringenda eſt arbitrio Scurræ: *Omnes oues meæ, quæ propter habitum ſenſus exercitatos habent in ſcriptura, audiunt vocẽ meam:* iam periit fiducia idiotarũ, imò & doctorum. Nam quomodo poteris, mi frater, cum aſſumptione ἀλαζωνεστάτα leuare oculos contra Becanum, & dicere, Ego Pareus ſum ouis propter habitũ ſenſus exercitatos in ſcripturis habens? & ſi tu dixeris, qui es aliquid, an & tui diſcipuli dicent idem, vt ſint aliquid? 2. Conſtituo eſſe aliquem, qui diſcernere non poſsit, an ſit Apocalypſis liber canonicus, quomodo credet? non ſufficit Eccleſiæ authoritas, nec aliud κριτήριον, & ſpiritũ non habet diſcernendi, ſolum ergo erit fides nixa verbo interpretis Parei. 3. *Scriptura ſol eſt, & lucerna, fideles cœci non ſunt, ergo diſcernere poſſunt.* *Humilitas Caluiniſtarum.*

Quintò: Cùm illa verba audita ſunt: *Oriuntur controuerſiæ, quas debet iudex aliquis componere.* Clamatum eſt; *anathema,* dictum centies: *Sola ſcriptura iudex eſt:* dictum eſt millies, & tandem audita ratio Scurræ: *Quandocunque oriuntur controuerſiæ, quæ non poſſumt ab omnibus decidi, opus eſt aliquo iudice, qui eas componat, apud nos oriuntur controuerſiæ: opus ergo iudice.* Sed hoc eſt ipſiſsimum Papiſtarum argumentum pro ſuo iudice; nos autem reſpondemus, ſolam ſcripturam eſſe iudicem. At pergit ille: *Præter ſcripturam opus eſt illuminatione diſcretiua, eorum qui exercitatos in ſcriptura ſenſus habent.* Multa blaſphema hinc deduci conſtat. Si enim opus eſt priuata illa illuminatione, iudice controuerſiarum; non ſola ergo ſcriptura iudicat, ſed vltima ſententia eſt ſpiritus, loquentis priuata reuelatione, illa enim determinat ſenſum ſcripturæ. Exempli gratia: Controuerſia eſt, de verbo *Fregit: Eſſentialiſtæ fractionarii*, ſine fractione negant eſſe cœnam. *Adiaphoriſtæ* negant opus. *Præceptiſtæ fractionarii*, qualis tu es, priuata reuelatione, ſenſum verbi diuerſum ab vtriſque cognoſcunt, ſcilicet frangere non eſt eſſentia, nec eſt adiaphorum, ſed præceptum: & vnde hoc noſti? ita me illuminatio docuit. quid hoc aliud eſt,

Iudex controuerſiarum inſpiratio priuata.

est, quam ſolio Papam deiicere, vt gnoſticanas illuminationes & Papas innumeros approbes?

2. Nemo Becanum à calumnia Scurræ efficacius liberat, quam tui commentarii, (in Rom. 12. 6.) *cum docuiſſes ſcripturam controuerſiis diiudicandis αὐτάρκη eſſe. Sed de hac ipſa,* inquis, *analogia, & quid huic analogia conſentaneum ſit, vel non ſit, opus eſt iudice, inquiunt Papiſtæ. Atqui inter cœcos quidem, an ſol luceat meridie, iudice opus erit: inter videntes minime. Certè ſermo propheticus, fides apoſtolica eſt lucerna lucens in caliginoſo loco, hoc eſt tenebricoſa fidelium pectora illuminans.* Nos certè fideles ſumus, iudice ergo non egemus, mendaciter ergo mendacii arguitur Becanus, qui hæc ex noſtris accepit. Quod verò addis de iudice pro ignorantibus & malitioſis, ad fideles non pertinet, quia illorum pectora ſole illo ſerenata ſunt.

Sextò: *Ad ſcripturas quidem nos audacter prouocamus, & eas difficiles negamus,* Verùm primò veterum hoc fuiſſe hæreticorum, auctores ſunt antiquiſſimi Patrum 2. Omnia clara ſunt omnibus ſectariis, noſtro æuo. Clarè tibi ſcriptura indicat fidem indelebilem, clarius Lutheranis contrarium, Anabaptiſtis, reinitiationem, Anomis licentiam, Arianis ὁμοιούσιον, Piſca- *Tert de præſ ad hær*

tori essentialem fractionem, tibi præceptiuam, pluribus neutram Forstio Dei finitatem, Lutheranis humanitatis vbiquitatem, Angelis Episcopos, Geneuensibus consistoria: *At hominum vitio qui imbeciles sunt*: quasi verò Papistæ Angelis, aut Deo difficiles esse veliut, nescis τό εὐχερὲς & δυσχερὲς esse τῶν πρός τι, & cum potentia comparari?

Scriptura Caluinizata. 3. Papistæ non fugiunt ex scripturis nobiscum concertationé, sed fugiunt *scripturas Caluinizatas, puritanicis & geusianis glossematis*, vt ipsi aiunt, *Picardificatas*. Nec illis indignari fas, cùm multò magis id faciant nostri fratres Lutherani. (Coloq. Momp. p. 462.) *Reuerende Domine Beza, inquit Osiander, rogo vt illustriß. Princeps, comes Fridericus, & auditores mihi ignoscant, quòd vnum verbum interloquar: Si ad hunc modum semper licebit omnia scripturæ sacræ testimonia per glossas eludere, quid tandem in vniuersa Scriptura retinebimus? Exempli causa, credidit Simon, id est simulauit se credere.* Et Osiandri collega omnia ἀνακεφαλαιούμενος, ingentem elenchum nostrarum glossarum conficit (pag. 553. & seq.) quem tutè ipse legere poteris. Concludam hoc priuilegium elogio D. Philippi Nicolai; fratris nostri,

(Im Beschluß der Widerlegung) *Quemadmodum nucis, cuius nucleum teredines exederunt, nihil præter putamen residuum manet, ita vermes detestabiles, infernales teredines, Zvvingliani & Caluiniani sectarii spiritus nucleum Catechismi arroserunt, & exederunt: & omnes Caluinianæ religionis articulos, in amarißimum fel, colocynthidas, & absinthium mutarunt, vt nihil inde præter merum virus draconum, & letiferum lolium sit enatum.* Hæc adiungere visum fuit, vt videas, quàm clementer nos præ Lutheranis fratribus habeat Becanus. nec mirum, quorum est sanguinis summa coniunctio, eorum offensiones solent esse pertinaciores. *Articuli Caluinistici.*

DE PRIVILEGIO quinto, de nostra inerrabilitate.

BEcanus: Primò: *Tametsi omnes antiqui Patres errarint.* Secundò: *tamen Caluinistæ non errant.* Tertiò: *quia non ab hominibus, sed à Deo docti sunt.* *Omnes Patres Caluinistis errarunt.*

Scurra: *Non dicimus, omnes Patres errasse.* 2. *Non negamus nos errare simpliciter.* 3. *Docemur ab hominibus.* 4. *Docemur à Deo imperfectè.* 5. *Papistæ non sunt docti à Deo.*

Primò. Odi hominis τὸ ἐριστικὸν, quod studio contradicendi Becano, causæ præiudicium facit: Etsi enim Caluinus aliquando indefinitè *Patres*, aliquando *penè omnes errasse* pronuntiet, nostrarum tamen Ecclesiarum axioma esse debet: *Omnes omnino, non in adiaphoris aut leuibus errasse, sed ipsis religionis fundamentis.* Cùm apud eos artolatria, idolum Missæ, oratio pro mortuis, opinio meriti, idolomania statuarum, & cœlitum colendorum fuerint: quæ penitus fundamenta conuellunt, nemo illorum non in aliquo horum errorum versatus est, imò omnes in omnibus, omnes ergo errârunt. 2. Tu pro Becano stas, in oratione glaucomatica, postquam aliouersum Augustinum traxeras, vt adolescentibus imponeres. *Ita nos* (inquis) *vt maximè nobis omnes Patres aduersarentur (omnes verò nec legimus, nec habemus) ab omnibus ad vnum Paulum, & vnicam scripturam prouocamus.* adde Caluinizatam. Et tãdem rem ipsam dicis (ibidem) 3. *Falsum id quoque est, blasphemum esse, dicere aut credere, totam Eccle-*

Par. oratio de Iesuit. strophis.

siam

ſiam inde ab initio, ad hæc tempora, in aliquo errore verſatam, imò adeò id non eſt blaſphemia, vt ſit veriſsimum. Omnes Patres, dixit Becanus, hoc parum eſt Pareo. Nam primò ait, totam Eccleſiam. 2. ab initio. 3. veriſsimum eſſe hoc dicere & credere, credimus ergo nunc totam ſemper erraſſe Eccleſiam, & id nunc ad πληροφορίαν pertinet. Quid ſi Becanus probationem ex ſcripturis petat? Dabimus illuminationem Caluiniſticam.

Secundò. Scurra: *Deinde dicunt, quod falsò tibi obiicitur, quaſi dicant, quod ipſi non errant ſimpliciter, quia tantùm dicunt, quod non errant, quatenus ſequuntur ſcripturam.* Verum hoc quidem eſt, ſed *ἀπροσδιόνυσον.* Nam perinde eſt, ac ſi dicamus, nos non errare, cùm rectam viam inſiſtimus, at nos ſemper in ea ſumus, quia *Sol ille ſemper eſt in meridie, & nos cœci non ſumus. Nos ſemper oues Chriſti ſumus.* Nam tu frater, vt ſine hypotheſi certus es de ſalute, ita certus es tu, te vocem audire paſtoris.

Tertiò. *Falſum eſt nos doceri ab hominibus.* Etſi enim ſcholas & Academias habemus, in quibus Cyclopædeia ſcientiarum, & quædam religionis capita traduntur ab hominibus, nos tamen propriè ni- **Caluiniſtæ non docentur ab hominibus.**

hil de religione diſcimus ab hominibus: *Quia doctrina hominum non pellit tenebras intellectus*, (vt tu rectè doces eadem oratione) *Intellectus verò noſtri tenebras non pellit authoritas Eccleſiæ, ſed illuminatio ſpiritus, per ſtudium, per preces, per meditationes, per vocem Eccleſiæ.* negas authoritati, quod concedis voci Eccleſiæ, eſſe docendi inſtrumentum, nulla ergo hominis authoritas interuenit, quâ tenebræ pellantur, aut inducamur ad credendum, ſolo ergo Deo doctore vtimur, nam nec vox Eccleſiæ, nec meditationes pellunt tenebras, ſed ſola lux, hoc eſt Spiritus ſanctus. Quæ ratio hanc vim habet, vt cum quæritur, quæ ſit alicuius ſcripturæ interpretatio, nos non conſenſum Patrum, aut veteris Eccleſiæ auctoritatem, ſed noſtram illuminationem conſulamus. verbi gratia: (Colloq. Mompelgart. pagina 553.) *Indignè manducat, id eſt, non manducat, Lauacrum regenerationis, id eſt, ſignum lauacri: per aquam & Spiritum ſanctum, id eſt, per gratiam Spiritus ſancti, & Spiritum ſanctum. Nolo mortem peccatoris, id eſt,* volo mortem peccatoris. Et vnde ſcis, hunc eſſe ſenſum? nonne Patres & Eccleſia olim alium habuerunt? Reſpondendum: *Nos de hoc certos eſſe, ab omnibus Patribus, & iam inde*

381

inde ab initio tota errante Ecclesia prouocare ad certam nostram scientiam, quam non ab Ecclesia, aut Patribus, sed Deo habemus θεοδίδακτοι. Ita serenissimus noster Rex Iacobus, *monet omnes, vt super certâ suâ scientiâ fundati sint*: & Illustrissimus Mauritius Landgrauius, Lutheranis fratribus nostris charissimis, Spiritum sanctum illi precatis respondit, vt ipsi narrant: Vnd erstlich / daß wir J. Furstl: Ge. den heiligen Geist wünschen / achten sie solches aus gutem Hertzen geschehen seyn / wüsten aber / daß sie schon den heiligen Geist hetten / vnd von keinem Irrgeist in jhrem Vornemen geführt würden. Certi ergo summus, nos habere Spiritum sanctum, & ab eo duci & dirigi, non à Spiritu erroris, quæ scientia & aliud includit, nos scilicet scripturam semper sequi. 2. Hoc saltem non grauatè dabis, primos religionis nostræ collectores, Zvvinglium, Caluinum,. ab hominibus non didicisse fidei suæ capita; nulli enim id docuerunt, quod illi didicerunt. 3, Scholas habere nos, & esse θεοδιδάκτους ἀσύστατα sunt: nam τὸ διδάσκειν fieri oportet, τῇ τῶν γραφῶν ἐπιλύσει, at illa nobis necessaria non est, non ma-

non magis quam videntibus opus eſt, qui meridie liquere demonſtret. Imò ex tua mente, *ſi opus ſit iudice, inueniet Eccleſia iudices, quos deligat, qui controuerſiam iuxta analogiam ſcripturæ & fidei diiudicent*, longius ſe porrigit illa Dei doctio, qui Eccleſiæ reuelat, non modò dogmatum veritatem, & ſolem meridie lucentem, ſed docet etiam aliena corda ſcrutari, vt ſciant, qui rectè iudicent, qui fallantur; v.g. de fractione controuertimus. Inuenit Eccleſia Pareum, qui cauponando eſſentialiſtarum & adiaphoriſtarum gratiam, nec eos inter ſe conciliauit, & vtroſque ſibi fecit infenſos. *Inueniet*: ſed quid ſi inueniat Forſtios Arminios, piſcatores, adiaphoriſtas? Quid verò docebunt nos illi, quid iudicabunt? *hoc eſt analogum fidei, illud analogum*, Eccleſia verò deinde cùm didicit, quid iudicat? *Hos analogicè, illos catalogicè iudicaſſe*. Et vnde diſcrimen eorum doctorum didicit? *à Deo*. qua certitudine? *Diuina*. Fide ergo diuina nouit Eccleſia Heidelbergenſis inueniſſe ſe analogicum controuerſiarum iudicem Pareum, nam ſi humana eſt coniectura, pacare non poteſt conſcientias. Quid ergo de iudice controuerſiarum moleſti ſumus Papiſtis, ſi nos iudicum greges inuenimus? & vbi nunc illa ὑψηλοφρόνησις, *Sol & lucerna*;

Eccleſia Caluiniſta fœcunda iudicum.

 382

an à iudice obſcurantur? Lex Dei, vox ſcripturæ eſt in medio, de ſenſu controuertitur. Hîc omnes Eccleſiæ inueniunt iudices, qui hunc aſſerunt, illum damnant. Quid ergo facit in ſuo iudice Eccleſia Romano-Catholica, quod nos in noſtris non facimus? quod judices Cameræ Spirenſis faciunt, vt auditis vtriuſque partis allegationibus pronuntient, *Hunc ſubleuat, illum deiicit lex. Hic lege defenditur, ille venit contra mentem legislatoris:* hoc nos in ſcriptura facimus; v. g. *Hoc eſt corpus meum:* Signum interpretamur, hoc diſputatione, conuitiis, famoſis libellis, regicidiis, bello tuemur, & contra ſentientes damnamus: vt iam ludus, iocuſque ſit, quidquid in Papa accuſamus, præ vt noſtra tribunalia ſæuiunt. Quæ enim res alia Lutheranos cariſsimos fratres, Bremâ, Palatinatu, Haſsia pepulit, niſi noſtra κριτήρια? Quid igitur Becano reſpondebimus? ſi dicimus *ab hominibus*, noſtra vineta cædimus. Si à ſolo Deo, quid *Iudicibus noſtris*, ſole & lucerna fiet?

Quartò: Reſpondendum cum ſcurra: *Imperfectè nos doceri à Deo.* Oho imperfectè: Imò imperfectiſsimè ſubiiciet Becanus. Verum hoc blaſphemũ eſt in Deum, cuius beneficentia extenuatur & ſpernitur, & *Caluiniſtæ imperfectè docti à Deo.*

tur, & tollit noſtram fiduciam. Nam cùm ſcriptura ſit regula *perfectiſsima, clariſſima, ſufficientiſsima, iudex diſtinctiſsimè, infallibilitate manifeſtiſsima; ſententias pronuntians, cùm nos oues ſimus, audientes vocem paſtoris perfectè*, contumelioſum eſt, imperfectionem, inſufficientiamque Scripturæ, vel illuminationis ſancti Spiritus prætendere. Quanta hîc occaſio Becano datur imperfectioni Eccleſiarum noſtrarum inſultandi? 2. Illa imperfectio fidem tollat, neceſſe eſt. Nam quî ſcire poſſumus, nos non errare; ſi imperfectè illuminati ſimus, vt errare poſsimus? at *Scripturam ſequimur*. Perfectè, an imperfectè? & ſcis te ſequi? Scio. Perfectáne ſcientia, an imperfecta? Hoc eſt corpus, quomodo ſcis eſſe ſignum? *Imperfectè. Eo modo, quo Druſius: Catholicorum duo ſunt genera, alii rectè de rebus fidei ſentiunt, alii malè; rectè ſentiunt, qui à vero ſenſu Scripturæ non diſſentiunt, talem ego me profiteor. Nam ſi alicubi diſſentio, id fit me inſciente, monitus libenter mutabo*. Ita ille: cui vt Grammatico ἐποχὴ ignoſci debet. Poteſt ergo fieri, vt inſcius à ſcriptura diſſentias, & ab hac ſcriptura, *Hoc eſt corpus meum*: & ab aliis; nam imperfectè doctus es. Neque illum de fundamentalibus poſſumus coccyſmum

ſyſmum occinere: nam quæ ſint fundamentalia, etiam imperfectè docti ſumus. Et tu quidem Lutheranos fundamentum tenere doces (Præf. in 1. Corinth. & 1. Corinth. 3.) & tamen portentoſa vbiquitate ais eos conuellere decem fidei articulos. Et vnde noſti illuminationem in fundamentalibus fuiſſe ſemper perfectam?

Quintò: Romano-Catholici affirmant, à Deo ſe & hominibus, non à Diabolo doctos, vt de Carolſtadio & Oecolampadio Lutherus & Lutherani tradunt. ſingulos imperfectè illuminatos, totam Eccleſiam perfectè, quia Spiritus ſanctus non ſinat eam totam in errore verſari. Et valde probabile eſt, cùm promiſerit, ſe nos in omnem ducturum veritatem. Qua in re cum Bellarmino ſentire mallem, quàm Caluino. Quod ſi Becanus hoc priuilegium extenderet, ſolidè noſtras Eccleſias conſolaretur. Catholici vnde docti.

Tametſi omnes antiqui Patres, & tota Eccleſiá iam inde ab initio errarint, idque credendum ſit Caluiniſtis: Caluiniſtæ tamen ipſi non errant, etſi imperfectè à Deo docti ſint, & inſcientes à ſcriptura diſſentiant: nam cœci non ſunt, & Sol meridie lucet.

DE PRIVILEGIO *sexto, de nouitate doctrinæ.*

BEcanus: 1. *Caluinistæ habent propriam doctrinam è cœlo sibi reuelatam.* 2. *Quam reliqui Christiani hoc tempore non habent.*

Scurra: 1. *Non est è cœlo, vt Enthusiastarum.* 2. *Non est alia, à doctrina aliorum Christianorum, etsi sit in quibusdam differentia.* 3. *Articuli quos illis Becanus imponit, meras esse calumnias per sophisticam super doctrinā suam emanatas.* 4. *Forstii portenta damnanda, quamuis ille se excusarit, quod disputandi causa scripserit.*

Caluinistæ Enthusiastæ sunt. Primò. Nec turpius prodere causam nostram scurra potuit, nec manifestius ἀποστατεῖν. Neque enim sententiis, sed verbis ab Enthusiastis discrepamus. EnThusiastis lex scripta seruatu est impossibilis, & fabulæ, sed *Spiritum* se habere iactant sine scriptura, nos τὸ ἀδύνατον docemus, & *Spiritum* nos habere dicimus, cùm *Scriptura* iudicem controuersiarum de scriptura, & vt videtur magistrum scripturæ.

384

pturæ. Romano-Catholici cum illis obiiciunt verba Christi dicentis (Matth. 19. 17.) adolescenti, flexo poplite oranti, & dilecto; *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata:* audiunt opponi verbis Domini fanaticam spiritus præsumptionem. Nos Dominum *Ironicè locutum dicimus:* id cum apud Euangelistas non inueniatur, sine dubio mero Enthusiasmo Caluino reuelatum est, iocatum esse Christum, cùm seriò loqueretur. Ioanni ostensum est, *Caput vnum bestiæ occisum in mortem.* rident Enthusiastæ, caput hoc esse Italiam, & vrbem plagam, finalem eius destructionem indicatum noua luce de cœlo, ideò Ioannes scribendo errauit, cùm plagam sanatam esse memoriæ tradidit.

Marci 10.
Luca 18. 19.
Enthusiasmi Caluinistarum.
Apoc. 13.
Graf. in Apocal.

Ioannes vidit *multos adorare bestiam.* Apocalypsis Aretiana, *Bestiam esse Imperatorem, aut imperium: & adorare, nimium imperium admirari, & diabolum in illius persona colere. Vide quid sit colere Diabolum, hoc est, nimium admirari maiestatem & felicitatem imperii Romani.*

Apoc. 13. 4.
Aret. in Apocal.

Ioannes vidit, *bestiam coccineam, scorti babylonici iumentum.* Noua reuelatio, *hoc est, imperium Romanum.*

Apoc 17. 8.
Graf. ibid.

Ioannes vidit *bestiam septicipitem.* nouus Enthusiasmus vidit *septem familias imperiatorias, aut septem Electores.*

F Bestiæ

Beſtiæ ſunt *decem cornua, hoc eſt, decem Reges.* Graſerus vidit, illos eſſe *vaſallos* Pontificios. & ſui officii putat eſſe ſereniſſimus magnæ Britanniæ Rex, *odiſſe fornicariam, exurere, carnes manducare*; & pro ſua clementia hortatur Imperatorem, & Principes, vt bello ſe accingant, faces parent & dentes. Ecce nouas relationes ἐνθυσιαστικωτάτους.

Apoc.16.12. Vetus reuelatio eſt: *Siccatum iri Euphraten, vt præparetur via Regibus ab ortu Solis.* Noua: *Euphratem eſſe immenſos Oceani ab Vlyſippone ad Chinenſe & Iaponiæ regna vſque tractus, ſiccare Euphratem, eſſe nauigare claßibus æquor*: an tu, vel ipſum Enthuſiaſmum fingendi fœcundiorem arbitrare, aut eos, qui nauigant anticyras, tam inſana non poſſe non ridere? & ex his naſcitur tamen articulus fidei. Euphrates eſt Oceanus, ſiccare Euphratem, eſt Oceanum nauigare, Regum Iaponicorum liberi nauigant in Italiam. Igitur Gregorius tertius decimus eſt Antichriſtus. hoc ſe credere peierat (initio lib. de Pontif.) Baccalaureolus Pouellus, illuminatior ſuo Rege, qui tantùm coniicit. Væ ætati noſtræ, ſi Becanus noſſet tales ſyllogiſmos contra hæreticos texere; ſed bene habet, quòd olim adoleſcẽs ὄργανον ἀριστοτέλους

Graſ. ibid.

τέλως explanarit, nec nostris in dialecticis sit diu multumque volutatus, vbi mirifica illa argumentatiua traditur.

Secundò. Cur negat, doctrinā nostram non esse aliorū Christianorum? Christianos se dicunt Papistæ, Anabaptistæ, Libertini, Sociniani, Ariani, Nestoriani, & si quæ supersunt veterum hæreseon fæces vel nouorum Schwermerorum (vt vestrate verbo vtar) ἐξανθήματα, ab his omnibus doctrina nostra est omnino diuersa. Præter hos sunt Lutherani, quibuscum tu pacem frustra suades, & ais de paleis & stipulis esse litem, de fundo concordiam. Cùm tamen tu idem fundamenta ab eis conuelli dicas, (procem.1.Cor.colum.10.) *Quod si extremus fidei articulus, de resurrectione & vita æterna in dubium non vocatur. profectò non pauci alii, haud leuioris notæ articuli, de veritate carnis Christi, de vera Christi morte, resurrectione, ascensu in cœlum, consessu ad dextram Dei, & extremo eius reditu per monstrosum Vbiquitatis dogma non obscurè conuelluntur.* Hæc si vera sunt, falsum ergo Caluinistas habere eādem fidem cum Lutheranis, quod adeò horrent Lutherani, vt ne euidē quidem Deum habere velint. nec nupera illa est, sed iam olim incipiente Euangelii discordia, & *infaustis*

Caluinistæ sibi soli Christiani.

tristibusq; dimicationibus exercitus Caluinus (Epist. 240.) *eius*, inquit (VVestphali) *tamen furorem superarunt vicini quidam Saxones, ac palam iactant, non aliam sibi fuisse excandescendi causam, nisi quod blandius quàm vellent, eos compellauerim. Nunc quando mihi mansuetudinem excußit eorum petulantia, coactus sum cum ipsis asperius agere.* Quid ergo tu eos cōciliare posse putas? & in paruis esse differentiam: Caluinus (ibidem) *plus esse videt in sententiis dißidii, quàm putarat.* Nulli ergo Christiani quibuscum conueniunt Caluinistæ, nisi soli Caluinistæ, qui sibi solis sunt Christiani. Nec tamen vllus cæteris, nec sibi sunt concordes.

Tertiò, *calumniari dicimus Becanum, neque nos illa docere, quæ exprobrarat.* Expedita defensio, si falsum est nos docere, quæ Becanus impingit, contradicentia eis, ergo docemus ex dialectica Parei iunioris. Proponam ergo τὰς ἐκ διαμέτρου ἐναντιωμένας. prætermissis portentis Forstianis:

Contradicentia illis quæ Becanus ait, docere Caluinistas.

1. *Homines nudo Dei arbitrio, citra proprium meritum in æternam mortem nō prædestinantur.*

2. *Iam satis apertè ostendi, Deum non vocari eorum auctorem, quæ Papistæ volunt*

otiose

otioso permissu contingere, & homo Dei impulsu non agit, quod sibi non licet.
3. *Ecce vocem ad eos dirigit, sed non vt magis obsurdescant.*
4. *Christus quatenus homo est, etiam alibi, non in solo cœlo quærendus est.*
5. *Idololatræ non sunt, qui imaginem ad Christũ in templis repræsentandum tuentur.*
6. *Georgius Hippolytus, & cæteri non sunt laruæ.*
7. *Non manet verè peccatum in nobis, sed per Baptismum extinguitur.*
8. *Omnia opera hominum non sunt sordes.*
9. *Poßibilis est legis obseruatio.*
10. *Fides non est tantùm Electorum, & est delebilis.* Hæc nobis defendenda sunt, si Becanum calumniari dicimus, & si his cõtradicentia docemus, certè nulla sophistica nobis affingitur aliud, quàm nostrorum monumenta præ se ferunt.

DE PRIVILEGIO septimo, de mutatione doctrinæ.

ENαντιώσεις seu pugnæ, quibus à seipso dissidens conflictatur Caluinus, sunt vt verum *Contradictiones Caluini Vera.*

hil de religione diſcimus ab hominibus: *Quia doctrina hominum non pellit tenebras intellectus*, (vt tu rectè doces eadem oratione) *Intellectus verò noſtri tenebras non pellit authoritas Eccleſiæ, ſed illuminatio ſpiritus, per ſtudium, per preces, per meditationes, per vocem Eccleſiæ.* negas authoritati, quod concedis voci Eccleſiæ, eſſe docendi inſtrumentum, nulla ergo hominis authoritas interuenit, quâ tenebræ pellantur, aut inducamur ad credendum, ſolo ergo Deo doctore vtimur, nam nec vox Eccleſiæ, nec meditationes pellunt tenebras, ſed ſola lux, hoc eſt Spiritus ſanctus. Quæ ratio hanc vim habet, vt cum quæritur, quæ ſit alicuius ſcripturæ interpretatio, nos non conſenſum Patrum, aut veteris Eccleſiæ auctoritatem, ſed noſtram illuminationem conſulamus. verbi gratia: (Colloq. Mompelgart. pagina 553.) *Indignè manducat, id eſt, non manducat, Lauacrum regenerationis, id eſt, ſignum lauacri: per aquam & Spiritum ſanctum, id eſt, per gratiam Spiritus ſancti, & Spiritum ſanctum. Nolo mortem peccatoris, id eſt,* volo mortem peccatoris. Et vnde ſcis, hunc eſſe ſenſum? nonne Patres & Eccleſia olim alium habuerunt? Reſpondendum: *Nos de hoc certos eſſe, ab omnibus Patribus, & iam inde*

inde ab initio tota errante Ecclesia prouocare ad certam nostram scientiam, quam non ab Ecclesia, aut Patribus, sed Deo habemus θεοδίδακτοι. Ita serenissimus noster Rex Iacobus, *monet omnes, vt super certâ suâ scientiâ fundati sint*: & Illustrissimus Mauritius Landgrauius, Lutheranis fratribus nostris charissimis, Spiritum sanctum illi precatis respondit, vt ipsi narrant: **Vnd erstlich / daß wir J. Furstl: Ge. den heiligen Geist wünschen / achten sie solches aus gutem Hertzen geschehen seyn / wüsten aber / daß sie schon den heiligen Geist hetten / vnd von keinem Irrgeist in jhrem Vornemen geführt würden.** Certi ergo summus, nos habere Spiritum sanctum, & ab eo duci & dirigi, non à Spiritu erroris, quæ scientia & aliud includit, nos scilicet scripturam semper sequi. 2. Hoc saltem non grauatè dabis, primos religionis nostræ collectores, Zvvinglium, Caluinum,. ab hominibus non didicisse fidei suæ capita; nulli enim id docuerunt, quod illi didicerunt. 3, Scholas habere nos, & esse θεοδιδάκτους ἀσύστατα sunt: nam τὸ διδάσκειν fieri oportet, τῇ τῶν γραφῶν ἐπιλύσει, at illa nobis necessaria non est, non ma-

non magis quam videntibus opus eſt, qui meridie liquere demonſtret. Imò ex tua mente, *ſi opus ſit iudice, inueniet Eccleſia iudices, quos deligat, qui controuerſiam iuxta analogiam ſcripturæ & fidei diiudicent*, longius ſe porrigit illa Dei doctio, qui Eccleſiæ reuelat, non modò dogmatum veritatem, & ſolem meridie lucentem, ſed docet etiam aliena corda ſcrutari, vt ſciant, qui rectè iudicent, qui fallantur; v.g. de fractione controuertimus. Inuenit Eccleſia Pareum, qui cauponando eſſentialiſtarum & adiaphoriſtarum gratiam, nec eos inter ſe conciliauit, & vtroſque ſibi fecit infenſos. *Inueniet*: ſed quid ſi inueniat Forſtios Arminios, piſcatores, adiaphoriſtas? Quid verò docebunt nos illi, quid iudicabunt? *hoc eſt analogum fidei, illud analogum*, Eccleſia verò deinde cùm didicit, quid iudicat? *Hos analogicè, illos catalogicè iudicaſſe.* Et vnde diſcrimen eorum doctorum didicit? *à Deo.* qua certitudine? *Diuina.* Fide ergo diuina nouit Eccleſia Heidelbergenſis inueniſſe ſe analogicum controuerſiarum iudicem Pareum, nam ſi humana eſt coniectura, pacare non poteſt conſcientias. Quid ergo de iudice controuerſiarum moleſti ſumus Papiſtis, ſi nos iudicum greges inuenimus? & vbi nunc illa ὑψηλοφρόνησις, *Sol & lucerna*,

Eccleſia Caluiniſtæ fæcunda iudicum.

an à

an à iudice obſcurantur? Lex Dei, vox ſcripturæ eſt in medio, de ſenſu controuertitur. Hîc omnes Eccleſiæ inueniunt iudices, qui hunc aſſerunt, illum damnant. Quid ergo facit in ſuo iudice Eccleſia Romano-Catholica, quod nos in noſtris non facimus? quod judices Cameræ Spirenſis faciunt, vt auditis vtriuſque partis allegationibus pronuntient, *Hunc ſubleuat, illum deiicit lex. Hic lege defenditur, ille venit contra mentem legislatoris:* hoc nos in ſcriptura facimus; v. g. *Hoc eſt corpus meum:* Signum interpretamur, hoc diſputatione, conuitiis, famoſis libellis, regicidiis, bello tuemur, & contra ſentientes damnamus: vt iam ludus, iocuſque ſit, quidquid in Papa accuſamus, præ vt noſtra tribunalia ſæuiunt. Quæ enim res alia Lutheranos cariſsimos fratres, Bremâ, Palatinatu, Haſsia pepulit, niſi noſtra *κριτήρια*? Quid igitur Becano reſpondebimus? ſi dicimus *ab hominibus*, noſtra vineta cædimus. Si à ſolo Deo, quid *Iudicibus noſtris*, ſole & lucerna fiet?

Quartò: Reſpondendum cum ſcurra: *Imperfectè nos doceri à Deo.* Oho imperfectè: Imò imperfectiſsimè ſubiiciet Becanus. Verum hoc blaſphemũ eſt in Deum, cuius beneficentia extenuatur & ſpernitur, & *Caluiniſtæ imperfectè docti à Deo.*

tur, & tollit nostram fiduciam. Nam cùm scriptura sit regula *perfectißima, clarißima, sufficientißima, iudex distinctißimè, infallibilitate manifestißima, sententias pronuntians, cùm nos oues simus, audientes vocem pastoris perfectè*, contumeliosum est, imperfectionem, insufficientiamque Scripturæ, vel illuminationis sancti Spiritus prætendere. Quanta hîc occasio Becano datur imperfectioni Ecclesiarum nostrarum insultandi? 2. Illa imperfectio fidem tollat, necesse est. Nam quî scire possumus, nos non errare; si imperfectè illuminati simus, vt errare posimus? at *Scripturam sequimur*. Perfectè, an imperfectè? & scis te sequi? Scio. Perfectáne scientia, an imperfecta? Hoc est corpus, quomodo scis esse signum? *Imperfectè. Eo modo, quo Drusius: Catholicorum duo sunt genera, alii rectè de rebus fidei sentiunt, alii malè; rectè sentiunt, qui à vero sensu Scripturæ non dissentiunt, talem ego me profiteor. Nam si alicubi dissentio, id fit me insciente, monitus libenter mutabo*. Ita ille: cui vt Grammatico ἐποχὴ ignosci debet. Potest ergo fieri, vt inscius à scriptura dissentias, & ab hac scriptura, *Hoc est corpus meum*: & ab aliis; nam imperfectè doctus es. Neque illum de fundamentalibus possumus coccysmum

ſyſmum occinere : nam quæ ſint fundamentalia, etiam imperfectè docti ſumus. Et tu quidem Lutheranos fundamentum tenere doces (Præf. in 1. Corinth. & 1. Corinth. 3.) & tamen portentoſa vbiquitate ais eos conuellere decem fidei articulos. Et vnde noſti illuminationem in fundamentalibus fuiſſe ſemper perfectam?

Quintò : Romano-Catholici affirmant, à Deo ſe & hominibus, non à Diabolo doctos, vt de Carolſtadio & Oecolampadio Lutherus & Lutherani tradunt. ſingulos imperfectè illuminatos, totam Eccleſiam perfectè, quia Spiritus ſanctus non ſinat eam totam in errore verſari. Et valde probabile eſt, cùm promiſerit, ſe nos in omnem ducturum veritatem. Qua in re cum Bellarmino ſentire mallem, quàm Caluino. Quod ſi Becanus hoc priuilegium extenderet, ſolidè noſtras Eccleſias conſolaretur. Catholici vnde docti.

Tametſi omnes antiqui Patres, & tota Eccleſia iam inde ab initio errarint, idque credendum ſit Caluiniſtis: Caluiniſtæ tamen ipſi non errant, etſi imperfectè à Deo docti ſint, & inſcientes à ſcriptura diſſentiant: nam cœci non ſunt, & Sol meridie lucet.

DE PRI-

DE PRIVILEGIO *sexto, de nouitate do-ctrinæ.*

BEcanus: 1. *Caluinistæ habent propriam doctrinam è cœlo sibi reuelatam. 2. Quam reliqui Christiani hoc tempore non habent.*

Scurra: 1. *Non est è cœlo, vt Enthusiastarum. 2. Non est alia, à doctrina aliorum Christianorum, etsi sit in quibusdam differentia. 3. Articuli quos illis Becanus imponit, meras esse calumnias per sophisticam super doctrinā suam emanatas. 4. Forstii portenta damnanda, quamuis ille se excusarit, quod disputandi causa scripserit.*

Caluinistæ Enthusiastæ sunt. Primò. Nec turpius prodere causam nostram scurra potuit, nec manifestius ἀποστατεῖν. Neque enim sententiis, sed verbis ab Enthusiastis discrepamus. EnThusiastis lex scripta seruatu est impossibilis, & fabulæ, sed *Spiritum* se habere iactant sine scriptura, nos τὸ ἀδύνατον docemus, & *Spiritum* nos habere dicimus, cùm *Scriptura* iudicem controuersiarum de scriptura, & vt videtur magistrum scripturæ.

pturæ. Romano-Catholici cum illis obiiciunt verba Christi dicentis (Matth. 19. 17.) adolescenti, flexo poplite oranti, & dilecto; *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata:* audiunt opponi verbis Domini fanaticam spiritus præsumptionem. Nos Dominum *Ironicè locutum dicimus:* id cum apud Euangelistas non inueniatur, sine dubio mero Enthusiasmo Caluino reuelatum est, iocatum esse Christum, cùm seriò loqueretur. Ioanni ostensum est, *Caput vnum bestiæ occisum in mortem.* rident Enthusiastæ, caput hoc esse Italiam, & vrbem plagam, finalem eius destructionem indicatum noua luce de cœlo, ideò Ioannes scribendo errauit, cùm plagam sanatam esse memoriæ tradidit.

Marci 10.

Luca 18. 18.

Enthusiasmi Caluinistarum.

Apoc. 13.

Gras. in Apocal.

Ioannes vidit *multos adorare bestiam.* Apocalypsis Aretiana, *Bestiam esse Imperatorem, aut imperium: & adorare, nimium imperium admirari, & diabolum in illius persona colere. Vide quid sit colere Diabolum, hoc est, nimium admirari maiestatem & felicitatem imperii Romani.*

Apoc. 13. 4.

Aret. in Apocal

Ioannes vidit, *bestiam coccineam, scorti babylonici iumentum.* Noua reuelatio, *hoc est, imperium Romanum.*

Apoc 17 8.

Gras. ibid.

Ioannes vidit *bestiam septicipitem.* nouus Enthusiasmus vidit *septem familias imperiatorias, aut septem Electores.*

Beſtiæ ſunt *decem cornua, hoc eſt, decem Reges.* Graſerus vidit, illos eſſe *vaſallos* Pontificios. & ſui officii putat eſſe sereniſſimus magnæ Britanniæ Rex, *odiſſe fornicariam, exurere, carnes manducare*; & pro ſua clementia hortatur Imperatorem, & Principes, vt bello ſe accingant, faces parent & dentes. Ecce nouas relationes ἐνθουσιαστικωτάτους.

Apoc. 16. 12. Vetus reuelatio eſt: *Siccatum iri Euphraten, vt præparetur via Regibus ab ortu Solis.* Noua: *Euphratem eſſe immenſos Oceani ab Vlyſippone ad Chinenſe & Iaponiæ regna vſque tractus, ſiccare Euphratem, eſſe nauigare claſſibus æquor*: an tu, vel ipſum Enthuſiaſmum fingendi fœcundiorem arbitrare, aut eos, qui nauigant anticyras, tam inſana non poſſe non ridere? & ex his naſcitur tamen articulus fidei. Euphrates eſt Oceanus, ſiccare Euphratem, eſt Oceanum nauigare, Regum Iaponicorum liberi nauigant in Italiam. Igitur Gregorius tertius decimus eſt Antichriſtus. hoc ſe credere peierat (initio lib. de Pontif.) Baccalaureolus Pouellus, illuminatior ſuo Rege, qui tantùm coniicit. Væ ætati noſtræ, ſi Becanus noſſet tales ſyllogiſmos contra hæreticos texere; ſed bene habet, quòd olim adoleſcẽs ὄργανον ἀριστοτέλους

Graſ. ibid.

τέλους explanarit, nec nostris in dialecticis sit diu multumque volutatus, vbi mirifica illa argumentatiua traditur.

Secundò, Cur negat, doctrinā nostram non esse aliorū Christianorum? Christianos se dicunt Papistæ, Anabaptistæ, Libertini, Sociniani, Ariani, Nestoriani, & si quæ supersunt veterum hæreseon fæces vel nouorum Schvvermerorum (vt vestrate verbo vtar) ἐξανθήματα, ab his omnibus doctrina nostra est omnino diuersa. Præter hos sunt Lutherani, quibuscum tu pacem frustra suades, & ais de paleis & stipulis esse litem, de fundo concordiam. Cùm tamen tu idem fundamenta ab eis conuelli dicas, (procem. 1. Cor. colum. 10.) *Quod si extremus fidei articulus, de resurrectione & vita æterna in dubium non vocatur. profectò non pauci alii, haud leuioris notæ articuli, de veritate carnis Christi, de vera Christi morte, resurrectione, ascensu in cœlum, consessu ad dextram Dei, & extremo eius reditu per monstrosum Vbiquitatis dogma non obscurè conuelluntur.* Hæc si vera sunt, falsum ergo Caluinistas habere eādem fidem cum Lutheranis, quod adeò horrent Lutherani, vt ne eundē quidem Deum habere velint. nec nupera illa est, sed iam olim incipiente Euangelii discordia, & *infaustis* Caluinistæ sibi soli Christiani.

otioso permissu contingere, & homo Dei impulsu non agit, quod sibi non licet.

3. *Ecce vocem ad eos dirigit, sed non vt magis obsurdescant.*

4. *Christus quatenus homo est, etiam alibi, non in solo cœlo quærendus est.*

5. *Idololatræ non sunt, qui imaginem ad Christũ in templis repræsentandum tuentur.*

6. *Georgius Hippolytus, & cæteri non sunt larvæ.*

7. *Non manet verè peccatum in nobis, sed per Baptismum extinguitur.*

8. *Omnia opera hominum non sunt sordes.*

9. *Possibilis est legis obseruatio.*

10. *Fides non est tantùm Electorum, & est delebilis.* Hæc nobis defendenda sunt, si Becanum calumniari dicimus, & si his cõtradicentia docemus, certè nulla sophistica nobis affingitur aliud, quàm nostrorum monumenta præ se ferunt.

DE PRIVILEGIO *septimo, de mutatione doctrinæ.*

ENαντιώσεις seu pugnæ, quibus à seipso dissidens conflictatur Caluinus, sunt vt verum

Contradictiones Caluini vera.

verum fatear, etiam in meo cerebro cõtradictiones, credo & *cerebro scurræ.* Nisi forte peponem pro cerebro habet. sicut & illud, quod tu aliquando dicis, Eucharistiam seu oralem manducationem (Præf. 1.Cor.) esse pomum ἔριδος inter Ecclesias Euangelicas, deinde doces eos decem Articulos fidei non obscurè conuellere, maximè cùm illi doceantur, nos omnia sacra in fel Draconum conuertere.

Contradictiones Bellarmini fictæ.

Bellarmini contradictiones exspectando exspectamus, omnis enim creatura Caluiniana ingemiscit sub Bellarmino, & parturit refutationes, ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν ἐναντιώσεων ἀπεκδέχεται. tui officii est, mi frater, videre, ne sint mendacia ἀσύστατα & incauta; nam mendacia fore vel nostra consuetudo, vel rei argumentum persuadet.

DE PRIVILEGIO *octauo, de nouo Purgatorio.*

BEcanus: *Caluinistæ peculiare habent Purgatorium.*

Scur-

 38v

Scurra: *Non habemus purgatorium.* 2. *Papistas pudet sui purgatorii.* 3. *Illud ventris causà inuentum est.*

Primò: non habemus purgatorium, vereor tamen, vt habeamus infernum. Ac primò oleum, & operam perdimus, quod negamus in nostris libris de purgatorio, quicquam inueniri, non nesciit Becanus, sed nostræ doctrinæ consectarium esse demonstrat; atque nobis inuitis & renitentibus, purgationem molestus obtrudit.

Secundò. *Pudet Papistas sui purgatorii.* Pudet verò? concionibus, lectionibus, scriptis, orationibus, funeribus, & ipso campanarum clangore profitentur. 2. Quæ causa pudoris? cur non fateantur, se Deo debitores esse pœnæ temporariæ, qui fuerant æternæ? 3. Sanctos Patres martyres, antiquitatem non puduit, cur pudeat, & tot sequi, & tantos & tales? cùm illi in eum sensum Scripturas interpretentur, & ab Ecclesiis Apostolicis doctrinæ illius traducem hæreditauerint? Nobis potius ruborem incutiat, nouitas, tot Patrum & martyrum proterua condemnatrix. Neque pro illis illorum argumenta ingeram, nec tua mendacia arguam, *qui Monachorum recens inuentum esse commentus es.* quia ad Ecclesiæ nostræ augumentum faciunt.

Pudet Calvinistas sui purgatorii.

Testem grauem eruditum, de magistris tuis produco Zanchium, lib.4. cap.4. q. 5. de nat. Dei, postquam dixisset *consuetudinem pro mortuis orandi, Apostolorum temporibus non fuisse, sed post in Ecclesiam irrepsisse:* subiungit: *Verum enimuerò, quando, vbi, & per quod primum, nondum potui certi aliquid reperire. Est tamen antiqua consuetudo, & doctrina. Nam Tertullianus de eis precibus pro defunctis mentionem fecit, in lib. de cor. mil. Christ. pag. 449. sed aperte inter ea numerat, quæ ex sola consuetudine fluxerint: minimè autem ex scripturis desumpta sunt. De eadem re scribit lib. de monogamia pag. 578. item oblationum pro defunctis mentionem facit, lib. de exhortatione ad castitatem, pag. 564. Nunquam vero docet vel innuit, preces illas vel oblationes fuisse ex verbo Dei, aut etiam ex Apostolica traditione.*

Antiqua de purgatorio sententia.

Dionysius qui Areopagita dicitur in lib. de Eccl. Hierarch, cap. vlt. & alibi. Cyprianus Epist. lib. 13. epist. 6. item lib. 4. epist. 5. & alibi sæpè. Ambrosius T. 3. in orat. fun. de obitu Theodosii. item altera de obitu Valentiniani. & in orat. de obitu fratris sui Satyri. Chrysost. in Liturgia, & alibi. August. T. 1. Confess. lib. 9. cap. 12. 13. rogat Deum, vt peccata matris defunctæ remittat. item lib. de cura pro mortuis agenda. cap. 4. ait, non esse

380

non esse omittendas supplicationes pro spiritibus defunctorum. item Tom. 4. in 8. q. ad Dulcitium quæst. 2. & alibi. Hæc cùm dicat, inimicus Papistarum non est, quod eos pudeat. Miror autem, frater, si tu, cùm hæc legeris, non erubescas, tuum illud talentare mendacium, 1. Cor. 3. *Manet ergo purgatorium, ignem esse monasticum figmentum, Patribus incognitum, quod etiam Græcæ Ecclesiæ in Concilio Florentino improbarunt, & in hodiernum diem non recipiunt.* Et: *Opinio verò de pœnis purgatorii recens est, à Monachis excogitata, vel certè ex Aeneide Virgilii, & Platonis gorgia extructa, stipula est igitur.* Certè mendacium tuum non est stipulare, sed plumbeum. Verum iam tectum est Deo, nec imputatur, tu vide, ne Becano conspicuum fiat.

Pareus impudenter mendax.

Tertiò. Hactenus de Catholicorum, vt vocant, purgatorio, quod nos sine pudore, & vt timeo, æterna confusione negare non possumus. Superest, vt de nostro audiamus. 1. Stupor est Scurræ, cùm Becanus nostro purgatorio quadripartitum substruxerit fundamentum, putare eum super singula seorsum extruere velle purgatorium, cùm ex omnibus ratiocinationem suam concludat. 2. quòd purgatorium putat nostræ æquiuocæ sanctitati fœderali

Stupor Scurræ.

repugnare, quæ cum inferno bene conuenit, hominis eſt nec ſua nec aliena intelligentis.

In vita ſemper ſordidi, in morte ſancti.

Quartò: argumentum Becani, *Caluiniſtæ tota vita ſunt immundi: non ergo in vita mundantur; ergo in altera vita.* Reſponſio Scurræ: *Immundi ſumus in nobis, mundi in Chriſto. Deinde: Peccatum originale & actualia non manere ſecundùm materiale & formale totaliter.* Verùm confirmatio illa eſt argumenti Becani. Nemo manens immundus in ſeipſo, habens opera immunda in ſeipſo, trahens partem peccatorum poteſt introire in regnum Dei, niſi mundetur in ſeipſo &c. non ergo nos introire poſſumus, nam in cœlo nemo imputatione ſola, cum ſceleribus ſuis beatus eſt: aliàs & illis dicendum eſſet: Dimitte nobis &c. At κάθαρσις & purgatio in hac vita non abſoluitur, ergo in futura. non fiet autem in roſa, ſeueriore ergo aliquo pœnæ attritu. Non purgari in hac vita docet ex Caluino Becanus. & (l.4.c.4.) Zanchius ait, *quædam peccata eſſe, quæ remittantur in ſæculo futuro, & interpretatur mortem.* debet autem accipere tẽpus *iam mortis obitæ*: nam cùm homo adhuc viuit, & cum morte luctatur, non dicitur eſſe in ſæculo futuro. 2. Deinde ſi illam perfectã purgationem, quæ cœlo iam maturos facit in hac vita cõceda-

cedamus, concidit imputatio, cõcidit fides illam apprehendens, nam reuera iam inhę-rente ſanctitate iuſtus eſt, nec plus habet maculæ, q̈ Angeli in cœlo. 3. Quid porro de electis illis dicemus, qui in grauium facinorum deſtinatione, aut ęſtu peccãdi, aut grauib⁹ peccatis impliciti, in ſomno, phreneſi, ſubito ictu abripiuntur? in hac vitâ non purgantur; nam voluntas peccandi perſeuerat, alibi ergo manet illos lauacrũ, quod Becanus inquirit.

Quintò: Dignitati quoq; filiorũ Dei nihil derogat, hoc qualecũq; ſit καθαρτικόν. Nos enim Chriſto grauius tribuimus tormentum. (Calu.l.2.Inſt.c.16.) *Diros in anima cruciatus, hominis damnati ac perditi pertulit. Senſit ſe derelictum & alienatum à Deo maledictionem & iram Dei timuit.* (Bez. in Heb. cap. 5.7.) *penè perſuaſit ſibi de ſe actum eſſe.* & tu ex Caluino (in explic. Catech. part. 2. p. 306.) *Quid igitur ſignificat deſcenſus iſte Chriſti ad inferos? Summos cruciatus, anguſtias, & dolores, quos Chriſtus perpeſſus eſt in anima ſua, quales damnati experiuntur, partim in hac, partim in altera vita.* Non eſt ſeruus maior domino: & aureũ argumentũ tuum eſt ex Cal. (ibid.) *Debuit nos ab anguſtiis & doloribus inferni liberare, ergo debuit ipſe hoc experiri.* Succurret breuitati tuæ Becanus: A quo liberare nos Dominus debuit, hoc debuit experiri, ab odio

Chriſti purgatorium.

ab odio Dei, deſperatione nos liberare debuit ergo. Vbi ergo frons noſtræ fiduciationis? Chriſto damnati hominis pœnas, quarum acerbiſsima eſt deſperatio, ſuſtinente, & cur nos purgatorium fugimus, cùm Chriſtum ad inferorum cruciatus relegemus?

Sextò, inauditum eſt in noſtris Eccleſiis quædam opera ſecundùm ſubſtantiam bona eſſe. Nam orthodoxa ſententia eſt Caluini (lib. 3. Inſtit. 512. 54.) *Qui autem ſeriò tanquam ſub Dei conſpectu, de veræ iuſtitiæ regula quærent, illi certè comperient, omnia hominum opera, ſi ſua dignitate cenſeantur, nihil niſi inquinamenta eſſe, & ſordes: & quæ iuſtitia vulgò habetur, eam apud Deum meram eſſe iniquitatem; quæ integritas pollutionem, quæ gloria dicitur ignominiam.* His autem non liberari nos ante mortem pronuntiat, lib. 3. Inſtit. 53. 84. *Deinde ſic nos eius ſanctificatione purgari, vt multis vitiis, multaq́ infirmitate obſideamur, quamdiu incluſi ſumus in mole corporis noſtri.*

DE PRIVILEGIO nono, de Nonimputatione.

BEcanus: *Tametsi Caluinistæ enormiter quotidie peccent, & flagitiosè viuant: tamen peccata ipsis non imputantur.*

Scurra: 1. *Est vna veritas.* 2. *Vnum mendacium.* 3. *Et vna grauis calumnia.*

1. *Veritas; quia quotidie peccant. mendacium; quia non enormiter. Calumnia; quia Becanus non addidit, ipsis pœnitentibus non imputantur.*

Primò. Priuilegium hoc fundamentum est, & basis nostræ fiduciæ; idcirco primo hoc ζήτημα velim mihi expedias. Cùm certò certius nobis constet, peccata nobis non imputari, quomodo oremus? *dimitte &c.* scimus enim omnia dimissa, & cùm peccamus, & cùm peccare proponimus.

Secundò. Quænam illa est peruersitas, ignorare naturæ nostræ prauitatem? in dies, in horas insurgit contra Deum concupiscentia, & ipsa, & eius fructus, naturâ suâ iram Dei, & æternos ignes merentur: & nega-

& negamus enormia, quibus misericordia æterna tam enormiter irascitur, an parum enormia sunt, quæ Christus non morte tantùm, *sed damnati & perditi hominis cruciatibus ferendis expiauit?* 2. omnia ergo illa enormia, nec solo tantū, eo modo verum dixit Becanus, sed penitius Caluinistarum, τὰς τῶν κακιῶν ὑπερβολὰς introspexit. Nullam Dei legem seruare possunt, ergo & eas violare coguntur, quibus enormia flagitia vetantur. Insigni ergo nequitia esse oportet, si doctrinæ suæ consentaneè velint viuere, nam doctrina illos non sinit esse probos. nec dubitandum aliquos esse moderatiores, verùm nondum illi Mithræ Gebennensis omnibus mysteriis initiati sunt, nec perfuncti laboribus. 3. Non possumus hoc Tusco iurgio in Pontificem, & Pontificios retorquere; nam illi mali esse possunt, & interdum mali sunt, nos boni esse non possumus: Illorum peccata sunt infirmitatis, & personarum, nostra doctrinæ, religionis, Euangelii. 4. Papistæ si in leges diuinas committant, gratia excidunt, nos in vniuersa scelerum colluuie sanctum Spiritum retinemus, & perseueramus Puritanissimi.

Caluinistæ non possunt esse boni.

Pœnitentia Caluinistica.

Tertiò. An verò dicere debuit Becanus, non imputari peccata pœnitentibus?

Et quid

 391

Et quid pœnitentibus? *Hoc est peccare desinentibus, & studium boni operis habentibus?* Et quid peccare desinentibus? *Affectu non effectu, conatu non euentu legem custodientibus.* Et quid studium boni operis habentibus? *Bonum operari volentibus, sed non valentibus, inhabitante, sed non regnante peccato.* Quid igitur tandem pœnitentibus? *Legem seruare non valentibus, effectu & euentu peccantibus, furantibus, adulterantibus, latrocinantibus, verùm ea moderatione, vt in animis eorũ domicilium habeant, furta, adulteria, latrocinia, non regnũ exerceant:* sunt hæc ex mente sapientis; Habeo Thaidem, nõ habeor à Thaide. Talia nos nomine pœnitentiæ Becano obtrudemus? 2. Omnem trepidis conscientiis consolationem adimit τὸ pœnitentibus (lib.3. Inst. c.3.) *Imputatio enim iustitiæ non dependet ab vllo opere nostro, nec ergo à pœnitentia.* (Caluin. in Rom. 5. 1. & pac.) *Nam si ex operibus nostris de Dei erga nos beneuolentia iudicandum sit, omnis certitudo facessat, necesse est.* 3. Paruulis nostris, Dauidi, cæteris, etiam tum, cùm feruente flagitiorum impetu ferrentur in scelus, non imputabatur, nec post cùm diceret; peccaui, fuit iustior, nec ἐν τῇ ἀκμῇ τῆς μοιχείας erat iniustior, an ergo in medio æstu libidinum in subdola

machi-

machinatione nefandæ cædis, cúm literas ſanguinarias ſignaret, pœnitebat, & legitimè pœnitenti, hoc eſt mœchanti, occidere deſtinanti, Deus non imputabat peccatum, quod pœnitendo faciebat, & faciendo pœnitebat? an talis eſt noſtra pœnitentia? aude aliquid breuibus gyaris, & carcere dignum: & dic, nos ἐν τῷ πονηρεύεσθαι pœnitere. Et ne erres, dic habitum τὴν ἕξιν pœnitentiæ latere; & ideo non imputari. 4. Aliud exemplum, & quidem οἰκεῖον accipe; domeſtica enim mouent, & docent πολλὴν ἔχοντα ἐπιτροπὴν τῆς φιλοσοφίας. Scaligerum vocas *inſanum*, à quo tam *inſana* fuerit profecta *oratio*. Eius *intemperiem, arrogantiam, maledicentiam exagitas*. Dixiſti fratri tuo, *Raka, fatue*, fortè etiam iraſcebare: reus ergo eras *iudicii, concilii, gehennæ*. Nunc ergò an malè dictorum benè pœnitet? nolleſne dictum? famam viri illuſtris *crudeli ſtylo flagellaſti, laceraſti, diris inſectationibus Eccleſias perculiſti, ignoſcentiam ſuadentibus non obediſti*. Si pœnitet, reſtitue famam mortuo, quam viuo eripuiſti; ſi recuſas, ſaltem hoc reſponde, an violator alienæ famæ, furtiuæ rei detentor, coniugis alienæ raptor, pœnitere poſsit Caluiniſticè, & ſaluari, etſi nolit reſtituere?

Pœnitentia Pareana.

Epiſt. contra Elenchum.

Si ergo

Si ergo pœnitet, opprobrium recanta: Quin & commissaria opera potest filius παλιγῳδεῖν, paradigma habes vatis lyrici; ô matre pulchra filia pulchrior; iã facilè est pro Scaligero παρῳδεῖν: ô patre docto, filie doctior. Serio, mi frater, seriam pœnitentiam nullam iudicat Becanus, quæ iniuriam facere pergit, nec remitti peccatum, nisi restituatur ablatum. amplius dico rempubl. euerti necesse, & societatem humani generis dissolui, si tibi remittitur peccatum, nolenti restituere famã, quam iniquè abstulisti.

5. Puritani Scoti, Knoxiana pullities, serenissimum Regem Iacobum, cuius nati matrem Anglicanæ securi prodiderunt, in vtero occidere decreuerunt, vt vno vulnere duas vitas hauriret insatiata crudelitas. Dum consilii expediendi tempus, securitatem constituunt, ministros adornant, sicas acuunt, dum excubant Regis nascituri animam luci præripere meditati, an & tum iusti, sanctificati, retinentes spiritus & caritatis? hæc nos in mores inducimus, & Deus de cœlo nondum fulminat? Spiritum sanctum in lupanaria, lustra latronum, conciliabula Regicidarum trahimus, & Becano irasci lubet, quod non addiderit τὸ pœnitentibus? Beatus vir cui *Fastigium pœnitentia Caluinistica*

non imputauit Dominus peccatũ (Rom. 4. dub. 5.) *Primum enim, inquit, imputatio iustitiæ, testante Apostolo, ex Dauide, non est partialis, sed integra beatificatio; at remißio peccatorum est iustitiæ imputatio, vt patet ex æquipollentiis Apostoli.* Hi tales integrè sunt beatificati, etiam ista molientes, non pœnitentia, sed gratuita promissione, quæ sola fide contenta est, imò ne fidem quidem requirit, cùm de Deo, scripturæ veritate, Christo dubitantibus, peccata non imputentur.

Quando Caluinistæ sint beatificati.

Sextò. Quærit Scurra; *An ergo Papistæ vel non peccent, vel illis peccata semper imputentur.* Peccant illi quidem vt homines, sed cùm peccant, nõ integrè se beatificatos iudicant, sed infelices, nec nisi verè pœnitentibus, dolentibus, vitam mutantibus, famam alienam, remq; restituentibus, iustitiam imputari credunt. Nõ ignoras verba veteris Ecclesiæ, & sanctorum. *Non imputat, quia abstulit, cooperta sunt peccata, tecta sunt, abolita sunt. Deus ergo tegat velamine, non tu, nam si tu tegere volueris, erubescens, medicus non curabit, medicus tegat, & curet. Emplastro enim tegit, sub tegmine medici sanatur vulnus, sub vulnerati celatur vulnus, cui celas? qui nouit omnia sua, ergo tegi aiunt, sed tectione sanari, nostra tegi, vt putrescant, non enim sanantur.*

Locu-

Locupletare & depexius reddere priuilegium Becanus posset: *Tametsi Caluinistæ enormiter quotidie peccent, & flagitiosè viuant, peccata tamen etiam in ipsa molitione & feruore scelerum, etiam non pœnitentibus, reddere ablata nolentibus non imputantur; imò cùm furantur, adulterant, occidunt, imputatione iustitiæ integrè beatificati sunt.* (Philip. Nicolai in summa Caln. relig. pag. 49. & 50.) Also ist bey jhnen die ewige Wahl anders nicht / dann ein fantastisch Schlauraffen Land / da nichts kan verschüttet / nichts vbel gehandelt / nichts verlohren noch verderbt werden / ꝛc. Vnd sitzen die Leuth vnserem lieben GOtt so tieff tieff in dem Schoß / daß sie nirgend verderben können: Treiben sie Hurerey / Mord / Ehbruch / vnd dergleichen Laster / ligt nichts dran.

DE PRIVILEGIO X. de Conuitiis.

BEcanus: *Caluinistæ possunt impunè conuitiari.* Scurra: *Catholici hoc faciunt, nos minimè.* *Conuitia Caluinistarum.*

Primò. Becani demonſtratio inuicta; furantibus, adulterantibus, occidentibus, ne in ipſo quidem æſtu ſcelerum imputantur furta, adulteria, latrocinia, ergo nec conuitiantibus conuitia, ſed integrè beatificati ſunt, cùm iſta committunt.

Secundò. Verecundius Becanus agit, nos enim non θυλάκῳ, ſed horreo conuitia, & mendacia fundimus, & fundere cogimur, nec hoc reprehendo, ſed cautionem doceo. Exemplo ſunt primæ duæ pagellæ, & tres verſus ſcurræ, quibus quod de te dixit, ὁ γέρων ὁ διοτρεφὴς Scaliger, *Ne ſemel quidem verum dixit*, integrè conuenit, non quod ſequentia non ſint falſa, quia in præcedentibus nihil veri, ſed quia grandibus mendaciis, horrenda ſonantibus, paruula vna veritatula aggemit. Quæ autem illa veritatula? qua fatetur ſcurra, Caluinum eſſe mentitum, ſed dextre fatetur. Caluinus dixerat, *iam pridem Pontifices, cum toto collegio Cardinalium, profeſſos nullum Deum eſſe, &c.* quod eſt vniuerſaliſsimum, & tranſcendentaliſsimum mendacium. Scurra veritus tantam hyperbolen. *Non eſt, inquit, vniuerſaliter mendacium.* Hoc eſt, in vnum, alterumve conuenit fortaſſe, quod vniuerſaliter dixit Caluinus.

Tertiò

Tertiò. Mendacia ſcurræ hic ob oculos ponere conſtitui, non quia mendacia, ſed quia manifeſta; & ſui nuditate, cauſæ nocentia. *Mendacia Scurræ.*

Mendacium: 1. *Catholicos ſcripturas ad ſua dogmata probanda torquere:* nam hoc noſtrum eſſe ante oſtenſum.

2. *Patrum verbis alium ſenſum affingere,* hoc nobis Caluiniſtis proprium eſt quarto modo.

3. *Hæreticorum verba corrumpere.*

4. *Romanis Bellarminum diſplicuiſſe ob citata verba hæreticorum.*

5. *Catholicos victos in Colloquiis, iactare victoriam.*

6. *Æquiuocationem illis probari, & artem mentiendi.*

7. *Ignatium eam à Chriſto didiciſſe in itinere Romano.* Hæc ſunt ex plauſtro conuitia, & *βωμολοχίαι*, ſine argumento iactata, & crebris ſcriptis & factis refutata. Quæ ſequuntur, non minus falſa, ſed tectiora ſunt, & malitioſioris fraudulentiæ.

8. *Petrarcha omnes Pontifices & Cardinales facit impios.* De moribus aliquorum agit, non omnium, nam & ſedem Romanam ſanctam, & Romani cleri plurimos eximiæ virtutis agnoſcit. 2. Non ergo obſtant illa Papiſtis, nam illi quoque impiorum Pontificum ſcelera non minus,

 quàm

quàm Petrarcha deteſtantur, & quid fiet noſtris Eccleſiis, in quibus *maxima pars ſunt hypocritæ, & vix decimus quiſque ſyncerus?* vt antè ex Caluino probatum.

Prudentibus etiam noſtris, ſemper illa mendacia, quæ ἐπ' αὐτῷ τῷ φώρῳ deprehenduntur, non immeritò diſplicuerunt, certè (de diu.min.gr. c.2.p.55.) Adrianus Sarauia Bezæ in faciem reſtitit, *ſupra modū* mentienti. *Papiſticas ordinationes ſupra modum ne dicam ſupra verum, declamatorio more D. Beza exagitat & exaggerat: qua in re vereor, ne bonam cauſam lædat apud conſcios examinis, quod hodie pleriſq; in locis apud Pontificios habetur: qui dicent, D.Bezam maleuolentia, odioq; abripi, in aduerſarios ad calumniandum. Ipſi, ni fallor, examini, nunquam interfuit, ſed ex iis quæ non rarò accidiſſe ab aliis audiuit, in vniuerſum de* tota re *iudicat.* Et paulò poſt: *Ego noui de præcipuis doctrinæ capitibus graues quæſtiones proponi, præſertim futuris presbyteris: & propter imperitiam, vitæq; turpitudinem pleroſque repelli. Et denique ſimiliter negare, propter ſolam opinionem eruditionis & virtutis, interdum vltrò deferri Epiſcopatus, & ſacerdotia eſt impudentiæ. Cùm conſtet, eximiæ eruditionis viros, & apud homines exterius inculpatæ vitæ: eligi Epiſcopos, & Presbyteros creari.* Hæc ideò notare iuſſerunt fratres noſtri, ne Germani Bezana veſania in Pontificios abripiantur ad calumniandum, cauſamque

Beza non modo ſupra fidem, ſed & ſupra modum calumniatur.

ſamque lædant apud conſcios; verùm Sarauiana moderatione vtantur.

9. *Papa poteſt diſpenſare contra ius naturale & Apoſtolum. nam gloſſator Gratiani expreßè ſcribit, 15.q.6.c. Authoritatem, diſt.32. c.presbyter. diſt. 34.c.lector.* Primó vide frater argumenti genus, Gloſſator ſcripſit, cuius gloſſam deleuit Papa, ſi fuit, ergo id ſibi arrogat, q̃ imprudẽter chartis illeuit gloſſator. Papa anathema dicit, omnibus affirmãtibus contra ius naturale poſſe diſpenſare Papam: clarumq́; eſt, eam doctrinã, nouos & veteres Romano Catholicos tueri. Sed tu mi frater noſti ſcurram, nec canonẽ vidiſſe, nec gloſſam, nec intellexiſſe. Canoniſtis ius naturale eſt frequenter, quod naturæ conſentaneum videtur, mutari tamẽ poteſt. Ius diuinum, q̃ aliquando, nõ ſemper, nec omni loco aut tempore obligat. v.g. Iuris diuini eſt, alienũ reddere; ius ciuile præſcriptione transfert dominiũ, furioſo gladium vetat, reddere, nõ decoctori, ſed curatoribus eius iubet reddi debitũ. *Ius diuinũ eſt, ne ſit Epiſcopus* Neophyt⁹, *ſit vnius vxoris vir, omnis vir, vt oret, & prophetet aperto, & fœmina operto capite.* Cõtra hæc poſſe diſpenſare Papã, leges ciuiles, noſtros epiſcopos, docetur in noſtris eccleſiis, *& tua ſententia eſt.* (1.Cor. 11.4.) Contra alia negãt, Papam poſſe, nos tñ ſi faciamus, Deus non imputabit. Hanc mentem eſſe gloſſatoris docere te potuit argumentum

canonis, his verbis propositum (15. q. 7. auctoritatem) *Apostolica auctoritas penitus illicita in irritum deducit iuramenta.* Estne illud contra ius naturale, eo quo Scurra interpretatur modo, dispensare? 2. Non aliud agit eo loci, Nicolaus Papa quam olim sancti Martyres, non ergo dispensat contra ius naturale. Verba Canonis: *Authoritatem venerabilium prædecessorum nostrorum secuti, & nominatim beatissimi Papæ & Martyris Alexandri Quinti a beato Petro, ab omnibus iuramentis, & cuiuscunque modi obligationibus, quibus illi sese coacti, violentia impiorum obligauerunt, absoluimus.* Alexandri epistolam vide d. 19. *tit. Romanorum.* Simul attende, num Imperator c. 4. *ad leg. Iul. Maiest.* ¶. 2. *contra ius naturale dispenset*, an verò tuus Scurra dicat, quod ille: *Nil intra est oleam, nil extra est, in nuce duri.*

10. *Ad d. 32. c. presbyter illa: dispensatio traditur.* dicitur *Presbyter suam presbyteram amasse vt sororem, odisse vt hostem; non permisisse ad se appropinquare.* Infert Scurra, *dispensat ergo Papa contra ius naturale.* Imò verò Presbyter ex consensu suæ Presbyteræ votum castitatis habebat, ideò lapsus occasionem præcidebat, cùm ante iure suo se abdicasset, quid hic Papæ peccatum? aut glossæ, quæ nulla est, quis

quis sensus alius tribui potest, quàm qui superiori?

11. *Maior etiam, d. 34. c. lector. est vanitas. si viduam alterius vxorem accesserit, in lectoratu permaneat, aut si fortè necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra, similiter si bigamus fuerit. ergo Papa dispensat, &c.*

12. *Panormitanus c. fin. de diuortiis, ait, dispensare contra nouum Testamentum posse.* Non visum à Scurra, Panormitanum multa suadent. 1. Quia contra morem, & scripta eius citat, nam est in caput finale, de diuortiis l. 4. decretal. t. 19. 2. Quia eodem loco docet, contra leges diuinas non posse dispensare Papam. 3. Quia Panormitani omnino diuersa mens est. Cùm enim illud caput explicuisset, in quo Innocentius tertius recens conuersis ad fidem, qui matrimonium ante contraxerant cum relicta fratris, secundùm legem Mosaicam, propter infirmitatem permittit, vt eo matrimonio post baptismum vtantur. Non tamen liceat baptizatis, ita contrahere. Deinde subiicit Panormitanus: *Secundò nota, quòd Papa ex maxima causa posset dispensare contra Nouum Testamentum.* Cæterùm in additionibus remittitur lector ad ea, quæ dixerat idem Panormitanus *in c. 13. t. qui filii sint legitimi, vbi n. 21.*

Panormitanus contrarium docet ei, quod Scurra affirmat.

ſic habet: *Nec obſtat, ſi dicetur, Papam poſſe ex cauſa diſpenſare in gradibus diuina lege prohibitis, vt notatur per aliquos in cap. literas, de reſtitut. ſpoliat, quia illud verum, ſecundùm eum diſponendo, & legitimando matrimonium, vt ex nunc, non autem ex tunc, ita vt filii ante geniti cenſeantur legitimati.* Ecce illa diſpenſatio eſt diſpoſitio, circa ea, quæ non prohibentur Nouo Teſtamento. Deinde nònne noſtri miniſtri cum pileo lati concionantur, eodem iure diſpenſant? Tolle ignorantiam, euaneſcet calumnia, cuius mater eſt imperitia, pater furor. Non enim de lege quauis, & ea, quæ rerum non omnino neceſſariarum eſt. Sic Ambroſius contra Nouum Teſtamentum Neophytus, ad Epiſcopatum venit.

Nudum Scurræ mendacium.

13. *Idem dicit Bertachinus in repert. dict. Papæ.* at vir bone nihil tale in repertorio reperitur. noſtrum repertorium ſic habet: *Papa non poteſt diſpenſare in prohibitis teſtamento veteri & nouo. Anto. de But. & Ioan. Andr. in c. ſuper de vſur. & Anton. de Prato in d. conſ. 11. col. nec contra Euangelium, nec ius diuinum 26. diſtinct. 1. deinde 14. diſt. ſicut & gloſſ. in cap. literas de reſtitut. ſpoliat.* Bertachinus non modò ipſe mendacii ſcurram arguit, ſed alios quoque citat contra Scurram. Quid il-

los

 397

los apud quos aliqua iuris & æquitatis cura reſidet, ad hæc tam manifeſta dicturos arbitrare?

14. *Idem gloſſator ſcribit, quod Papa eſt verus Deus, & verus homo, & habet cæleſte arbitrium, ideò poteſt creare, ſubſtantialia mutare &c.* Gloſſatoris ſunt, non Papæ. 2. Verum ſenſum habent, *Papa eſt Deus, vt Principes & Reges, vt Epiſcopus, vt Dei vices gerens,* non enim alia mens gloſſæ, quàm canonis, cuius verba ſunt: *Non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos Romanus Pontifex, (qui non puri hominis, ſed Dei vicem gerit in terris) Eccleſiarum neceßitate vel vtilitate penſata, non humana, ſed diuina potius authoritate diſſoluit.* Verus ergo Deus, non naturâ, ſed verè diuina authoritate, ſic nos à Deo matrimonia ſolui dicimus cùm legitima Magiſtratus authoritate, ſeparari conjuges, & ad vota noua adſpirare permittimus. 3. Cur offendit gloſſator, cuius loquendi modum Papiſtæ non probant, & laudatur Gaſpar VVaſerus cauponans deliria Graſeri? (Præf. Graſeri ad Regẽ Angl.) *Tertium fuit, maieſtatis tuæ authoritas, quæ in ipſa SVMMA AC PLANE DIVINA RESIDET, & talis iam olim reſidebat, in IMMENSAE magnitudinis & claritudinis pro ſatoribus ſuis.* An ideò Forſtius Caluiniſta

Adulationes Anglicana.

Deo

Deo immenſitatem detraxit, quia videbat eam à collega Tigurino, magno quidem, ſed tamen duarum inſularum Regi tributam? Verùm non culpat hæc Becanus, ſicut nec, quod lucubrationes illæ ad ſacratiſsimi patrocinii, & celſiſsimi præſidii aram ſuſpendantur. Tantùm monet nos plura Regibus & Reginis noſtris tribuere, quàm ipſi Papæ ſuo. Deinde nebulones putat, (aret. Apoc. 13.) *Qui Romanum Imperatorem inuictum dicere, & fœlicitatem & ſucceſſum, Imperii Romani nimium mirari calumniantur, eſſe adorare Draconem:* cùm tamen externi Reges habeant ſummam ac planè diuinam authoritatem, immenſam magnitudinem. Sint potentiſsimi, auguſtiſsima eorum auſpicia, ſint inuicti ὑπερασπισταί. Præf. VVaſeri.

15. De creatione, mutatione rerum, differentia inſtitutionis, & præcepti, antiquæ calumniæ ſunt, & quæ in fratres noſtros Lutheranos conueniunt, imò in noſtros eſſentialiſtas, & τοὺς μὴ κλῶντας, quæ ſi Becanus exquirere vellet, Eccleſias noſtras grauiſsimè turbatum iri nemo non videt.

16. De Pleſſæo lege *libellum Ebroicenſis,* & *iudicia regia,* & impone ſcurræ plagam, quia pudoris capax non eſt.

17. Ie-

 398

1. *Iesuitæ struxerunt insidias Mauritio. 2. Henricum occiderunt. 3. Nefaria crimina Antuerpiæ & Cracouiæ commiserunt. 4. In Bauaria etiam stuprum & cædem.* Equidem existimo nulla re Iesuitarum innocentiam conspectiorem, quàm nostris accusationibus reddi. Nam primò in irritum cadentibus calumniis, necesse est, Reges, Principes, Respubl. non modò nequitiam sycophantarum odisse, sed statuere religionem irreligiosissimam esse, quàm opus sit, atrocibus mendaciis fulciri. Denique Iesuitas suspicere, & amare quos fictis criminibus, humili veneno obtrectationis, & famosorum libellorum à laruatis hostibus in certamen vocari mirantur. Nam reuera tuta est innocentia, contra quam citra calumniam nihil adduci potest, tutissima, quæ calumniis inclarescit. Nos aliud hactenus multis, dolosis, sumptuosis, periculosis obtrectationibus non profecimus, nisi vt famosos libellos, Reges, Principes, Respublicæ, de Episcopis taceo, publicis testimoniis refutarent, & decretis aut etiam merita pœna vindicarent, interim Ecclesiarum nostrarum pietas traducitur, & causa præiudicio grauatur. 2. Politicus quidem è vestro consistorio, ratione vsus est pro calumniandi arte defendenda; quod etsi vulnus sane-

Mendaciorum cumulus.

Effecta calumniarum Caluinisticarum.

tur.

non imputauit Dominus peccatũ (Rom. 4. dub. 5.) *Primum enim, inquit, imputatio iustitiæ, testante Apostolo, ex Dauide, non est partialis, sed integra beatificatio; at remißio peccatorum est iustitiæ imputatio, vt patet ex æquipollentiis Apostoli.* Hi tales integrè sunt beatificati, etiam ista molientes, non pœnitentia, sed gratuita promissione, quæ sola fide contenta est, imò ne fidem quidem requirit, cùm de Deo, scripturæ veritate, Christo dubitantibus, peccata non imputentur.

Quando Caluinistæ sint beatificati.

Sextò. Quærit Scurra; *An ergo Papistæ vel non peccent, vel illis peccata semper imputentur.* Peccant illi quidem vt homines, sed cùm peccant, nõ integrè se beatificatos iudicant, sed infelices, nec nisi verè pœnitentibus, dolentibus, vitam mutantibus, famam alienam, remq; restituentibus, iustitiam imputari credunt. Nõ ignoras verba veteris Ecclesiæ, & sanctorum. *Non imputat, quia abstulit, cooperta sunt peccata, tecta sunt, abolita sunt. Deus ergo tegat velamine, non tu, nam si tu tegere volueris, erubescens, medicus non curabit, medicus tegat, & curet. Emplastro enim tegit, sub tegmine medici sanatur vulnus, sub vulnerati celatur vulnus, cui celas? qui nouit omnia sua, ergo tegi aiunt, sed tectione sanari, nostra tegi, vt putrescant, non enim sanantur.*

Locu-

Locupletare & depexius reddere priuilegium Becanus posset: *Tametsi Caluinistæ enormiter quotidie peccent, & flagitiosè viuant, peccata tamen etiam in ipsa molitione & feruore scelerum, etiam non pœnitentibus, reddere ablata nolentibus non imputantur; imò cùm furantur, adulterant, occidunt, imputatione iustitiæ integrè beatificati sunt.* (Philip. Nicolai in summa Caln. relig. pag. 49. & 50.) Also ist bey jhnen die ewige Wahl anders nicht / dann ein fantastisch Schlauraffen Land / da nichts kan verschüttet / nichts vbel gehandelt / nichts verlohren noch verderbt werden / rc. Vnd sitzen die Leuth vnserem lieben GOtt so tieff tieff in dem Schoß / daß sie nirgend verderben können: Treiben sie Hurerey / Mord / Ehbruch / vnd dergleichen Laster / ligt nichts dran.

DE PRIVILEGIO X. de Conuitiis.

BEcanus: *Caluinistæ possunt impunè conuitiari.* Scurra: *Catholici hoc faciunt, nos minimè.* *Conuitia Caluinistarum.*

Primò. Becani demonſtratio inuicta; furantibus, adulterantibus, occidentibus, ne in ipſo quidem æſtu ſcelerum imputantur furta, adulteria, latrocinia, ergo nec conuitiantibus conuitia, ſed integrè beatificati ſunt, cùm iſta committunt.

Secundò. Verecundius Becanus agit, nos enim non θυλάκῳ, ſed horreo conuitia, & mendacia fundimus, & fundere cogimur, nec hoc reprehendo, ſed cautionem doceo. Exemplo ſunt primæ duæ pagellæ, & tres verſus ſcurræ, quibus quod de te dixit, ὁ γέρων ὁ διοτρεφὴς Scaliger, *Ne ſemel quidem verum dixit*, integrè conuenit, non quod ſequentia non ſint falſa, quia in præcedentibus nihil veri, ſed quia grandibus mendaciis, horrenda ſonantîbus, paruula vna veritatula aggemit. Quæ autem illa veritatula? qua fatetur ſcurra, Caluinum eſſe mentitum, ſed dextre fatetur. Caluinus dixerat, *iam pridem Pontifices, cum toto collegio Cardinalium, profeſſos nullum Deum eſſe, &c.* quod eſt vniuerſaliſsimum, & tranſcendentaliſsimum mendacium. Scurra veritus tantam hyperbolen. *Non eſt, inquit, vniuerſaliter mendacium.* Hoc eſt, in vnum, alterumve conuenit fortaſſe, quod vniuerſaliter dixit Caluinus.

Tertiò

Tertiò. Mendacia scurræ hic ob oculos ponere constitui, non quia mendacia, sed quia manifesta; & sui nuditate, causæ nocentia. *Mendacia Scurra.*

Mendacium: 1. *Catholicos scripturas ad sua dogmata probanda torquere:* nam hoc nostrum esse ante ostensum.

2. *Patrum verbis alium sensum affingere,* hoc nobis Caluinistis proprium est quarto modo.

3. *Hæreticorum verba corrumpere.*

4. *Romanis Bellarminum displicuisse ob citata verba hæreticorum.*

5. *Catholicos victos in Colloquiis, iactare victoriam.*

6. *Æquiuocationem illis probari, & artem mentiendi.*

7. *Ignatium eam à Christo didicisse in itinere Romano.* Hæc sunt ex plaustro conuitia, & βωμολοχίαι, sine argumento iactata, & crebris scriptis & factis refutata. Quæ sequuntur, non minus falsa, sed tectiora sunt, & malitiosioris fraudulentiæ.

8. *Petrarcha omnes Pontifices & Cardinales facit impios.* De moribus aliquorum agit, non omnium, nam & sedem Romanam sanctam, & Romani cleri plurimos eximiæ virtutis agnoscit. 2. Non ergo obstant illa Papistis, nam illi quoque impiorum Pontificum scelera non minus,

quàm Petrarcha deteſtantur, & quid fiet noſtris Eccleſiis, in quibus *maxima pars ſunt hypocritæ, & vix decimus quiſque ſyncerus?* vt antè ex Caluino probatum.

Prudentibus etiam noſtris, ſemper illa mendacia, quæ ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ φώρῳ deprehenduntur, non immeritò diſplicuerunt, certè (de diu. min. gr. c. 2. p. 55.) Adrianus Sarauia Bezæ in faciem reſtitit, *ſupra modũ* mentienti. *Papiſticas ordinationes ſupra modum ne dicam ſupra verum, declamatorio more D. Beza exagitat & exaggerat: qua in re vereor, ne bonam cauſam lædat apud conſcios examinis, quod hodie pleriſq; in locis apud Pontificios habetur: qui dicent, D. Bezam maleuolentia, odioq; abripi, in aduerſarios ad calumniandum. Ipſi, ni fallor, examini, nunquam interfuit, ſed ex iis quæ non rarò accidiſſe ab aliis audiuit, in vniuerſum de* tota re *iudicat.* Et paulò poſt: *Ego noui de præcipuis doctrinæ capitibus graues quæſtiones proponi, præſertim futuris presbyteris: & propter imperitiam, vitæq; turpitudinem pleroſque repelli. Et denique ſimiliter negare, propter ſolam opinionem eruditionis & virtutis, interdum vltrò deferri Epiſcopatus, & ſacerdotia eſt impudentiæ. Cùm conſtet, eximiæ eruditionis viros, & apud homines exterius inculpatæ vitæ: eligi Epiſcopos, & Presbyteros creari.* Hæc ideò notare iuſſerunt fratres noſtri, ne Germani Bezana veſania in Pontificios abripiantur ad calumniandum, cauſamque

Beza non modo ſupra fidem, ſed & ſupra modum calumniatur.

ſamque lædant apud conſcios; verùm Sarauiana moderatione vtantur.

9. *Papa poteſt diſpenſare contra ius naturale & Apoſtolum. nam gloſſator Gratiani expreßè ſcribit, 15.q.6.c. Authoritatem, diſt.32. c.presbyter. diſt. 34.c.lector.* Primó vide frater argumenti genus, Gloſſator ſcripſit, cuius gloſſam deleuit Papa, ſi fuit, ergo id ſibi arrogat, q̄ imprudēter chartis illeuit gloſſator. Papa anathema dicit, omnibus affirmātibus contra ius naturale poſſe diſpenſare Papam: clarumq́; eſt, eam doctrinā, nouos & veteres Romano Catholicos tueri. Sed tu mi frater noſti ſcurram, nec canonē vidiſſe, nec gloſſam, nec intellexiſſe. Canoniſtis ius naturale eſt frequenter, quod naturæ conſentaneum videtur, mutari tamē poteſt. Ius diuinum, q̄ aliquando, nō ſemper, nec omni loco aut tempore obligat. v.g. Iuris diuini eſt, alienū reddere; ius ciuile præſcriptione transfert dominiū, furioſo gladium vetat, reddere, nō decoctori, ſed curatoribus eius iubet reddi debitū. *Ius diuinū eſt, ne ſit Epiſcopus Neophyt⁹, ſit vnius vxoris vir, omnis vir, vt oret, & prophetet aperto, & fœmina operto capite.* Cōtra hæc poſſe diſpenſare Papā, leges ciuiles, noſtros epiſcopos, docetur in noſtris eccleſiis, *& tua ſententia eſt.* (1.Cor.11.4.) Contra alia negāt, Papam poſſe, nos tñ ſi faciamus, Deus non imputabit. Hanc mentem eſſe gloſſatoris docere te potuit argumentum

canonis, his verbis propositum (15. q. 7. auctoritatem) *Apostolica auctoritas penitus illicita in irritum deducit iuramenta.* Estne illud contra ius naturale, eo quo Scurra interpretatur modo, dispensare? 2. Non aliud agit eo loci, Nicolaus Papa quam olim sancti Martyres, non ergo dispensat contra ius naturale. Verba Canonis: *Authoritatem venerabilium prædecessorum nostrorum secuti, & nominatim beatissimi Papæ & Martyris Alexandri Quinti a beato Petro, ab omnibus iuramentis, & cuiuscunque modi obligationibus, quibus illi sese coacti, violentia impiorum obligauerunt, absoluimus.* Alexandri epistolam vide d. 19. *tit. Romanorum.* Simul attende, num Imperator c. 4. *ad leg. Iul. Maiest. q. 2. contra ius naturale dispenset*, an verò tuus Scurra dicat, quod ille: *Nil intra est oleam, nil extra est, in nuce duri.*

10. *Ad d. 32. c. presbyter illa: dispensatio traditur.* dicitur *Presbyter suam presbyteram amasse vt sororem, odisse vt hostem; non permisisse ad se appropinquare.* Infert Scurra, *dispensat ergo Papa contra ius naturale.* Imò verò Presbyter ex consensu suæ Presbyteræ votum castitatis habebat, ideò lapsus occasionem præcidebat, cùm ante iure suo se abdicasset, quid hic Papæ peccatum? aut glossæ, quæ nulla est,

quis

 396

quis sensus alius tribui potest, quàm qui superiori?

11. *Maior etiam, d. 34. c. lector. est vanitas. si viduam alterius vxorem accesserit, in lectoratu permaneat, aut si fortè necessitas sit; subdiaconus fiat, nihil autem supra, similiter si bigamus fuerit. ergo Papa dispensat, &c.*

12. *Panormitanus c. fin. de diuortiis, ait, dispensare contra nouum Testamentum posse.* Non visum à Scurra, Panormitanum multa suadent. 1. Quia contra morem, & scripta eius citat, nam est in caput finale, de diuortiis l. 4. decretal. t. 19. 2. Quia eodem loco docet, contra leges diuinas non posse dispensare Papam. 3. Quia Panormitani omnino diuersa mens est. Cùm enim illud caput explicuisset, in quo Innocentius tertius recens conuersis ad fidem, qui matrimonium ante contraxerant cum relicta fratris, secundùm legem Mosaicam, propter infirmitatem permittit, vt eo matrimonio post baptismum vtantur. Non tamen liceat baptizatis, ita contrahere. Deinde subiicit Panormitanus: *Secundò nota, quòd Papa ex maxima causa posset dispensare contra Nouum Testamentum.* Cæterùm in additionibus remittitur lector ad ea, quæ dixerat idem Panormitanus *in c. 13. t. qui filii sint legitimi, vbi n. 21.*

Panormitanus contrarium docet ei, quod Scurra affirmat.

ſic habet: *Nec obſtat, ſi dicetur, Papam poſſe ex cauſa diſpenſare in gradibus diuina lege prohibitis, vt notatur per aliquos in cap. literas, de reſtitut. ſpoliat, quia illud verum, ſecundùm eum diſponendo, & legitimando matrimonium, vt ex nunc, non autem ex tunc, ita vt filii ante geniti cenſeantur legitimati.* Ecce illa diſpenſatio eſt diſpoſitio, circa ea, quæ non prohibentur Nouo Teſtamento. Deinde nónne noſtri miniſtri cum pileo lati concionantur, eodem iure diſpenſant? Tolle ignorantiam, euaneſcet calumnia, cuius mater eſt imperitia, pater furor. Non enim de lege quauis, & ea, quæ rerum non omnino neceſſariarum eſt. Sic Ambroſius contra Nouum Teſtamentum Neophytus, ad Epiſcopatum venit.

Nudum Scurræ mendacium.

13. *Idem dicit Bertachinus in repert. dict. Papæ.* at vir bone nihil tale in repertorio reperitur. noſtrum repertorium ſic habet: *Papa non poteſt diſpenſare in prohibitis teſtamento veteri & nouo. Anto. de But. & Ioan. Andr. in c. ſuper de vſur. & Anton. de Prato in d. conſ. 11. col. nec contra Euangelium, nec ius diuinum 26. diſtinct. 1. deinde 14. diſt. ſicut & gloſſ. in cap. literas de reſtitut. ſpoliat.* Bertachinus non modò ipſe mendacii ſcurram arguit, ſed alios quoque citat contra Scurram. Quid il-

los

 394

los apud quos aliqua iuris & æquitatis cura residet, ad hæc tam manifesta dicturos arbitrare?

14. *Idem glossator scribit, quod Papa est verus Deus, & verus homo, & habet cœleste arbitrium, ideò potest creare, substantialia mutare &c.* Glossatoris sunt, non Papæ. 2. Verum sensum habent, *Papa est Deus, vt Principes & Reges, vt Episcopus, vt Dei vices gerens,* non enim alia mens glossæ, quàm canonis, cuius verba sunt: *Non enim homo, sed Deus separat, quos Romanus Pontifex, (qui non puri hominis, sed Dèi vicem gerit in terris) Ecclesiarum necessitate vel vtilitate pensata, non humana, sed diuina potius authoritate dissoluit.* Verus ergo Deus, non naturâ, sed verè diuina authoritate, sic nos à Deo matrimonia solui dicimus cùm legitima Magistratus authoritate, separari conjuges, & ad vota noua adspirare permittimus. 3. Cur offendit glossator, cuius loquendi modum Papistæ non probant, & laudatur Gaspar VVaserus cauponans deliria Graseri? (Pręf. Graseri ad Regē Angl.) *Tertium fuit, maiestatis tuæ authoritas, quæ in ipsa SVMMA AC PLANE DIVINA RESIDET, & talis iam olim residebat, in IMMENSAE magnitudinis & claritudinis pro satoribus suis.* An ideò Forstius Caluinista

Adulationes Anglicanæ.

Deo

 398

1. *Iesuitæ struxerunt insidias Mauritio. 2. Henricum occiderunt. 3. Nefaria crimina Antuerpiæ & Cracouiæ commiserunt. 4. In Bauaria etiam stuprum & cædem.* Equidem existimo nulla re Iesuitarum innocentiam conspectiorem, quàm nostris accusationibus reddi. Nam primò in irritum cadentibus calumniis, necesse est, Reges, Principes, Respubl. non modò nequitiam sycophantarum odisse, sed statuere religionem irreligiosissimam esse, quàm opus sit, atrocibus mendaciis fulciri. Denique Iesuitas suspicere, & amare quos fictis criminibus, humili veneno obtrectationis, & famosorum libellorum à laruatis hostibus in certamen vocari mirantur. Nam reuera tuta est innocentia, contra quam citra calumniam nihil adduci potest, tutissima, quæ calumniis inclarescit. Nos aliud hactenus multis, dolosis, sumptuosis, periculosis obtrectationibus non profecimus, nisi vt famosos libellos, Reges, Principes, Respublicæ, de Episcopis taceo, publicis testimoniis refutarent, & decretis aut etiam merita pœna vindicarent, interim Ecclesiarum nostrarum pietas traducitur, & causa præiudicio grauatur. 2. Politicus quidem è vestro consistorio, ratione vsus est pro calumniandi arte defendenda; quod etsi vulnus sanetur.

Mendaciorum cumulus.

Effecta calumniarum Caluinisticarum.

tur, maneat tamen cicatrix, & potentius venena, quàm remedia ſpargantur: verùm nec ea re Eccleſiæ noſtræ multum iuuantur; non enim iam ſauciant libelli noſtri, ſed in capita authorum redeunt, & tot iam venena ſparſimus, vt priora ſint remedia ſequentium, & mendacia noſtra nihil habeant, quo præſtruant fidem. 3. In cauſa Mauritiana, cæteriſque accuſator nullus legitimus, niſi libelli famoſi, qui ne quidem ſuſpicionem gignunt, nam cuius alias fama in tuto eſſe poſſet? accuſatio nulla, non ipſe excellentiſsimus comes eos reos iudicâuit, ipſi ſe cognitioni obtulerunt, nos qua fronte damnamus, quos nemo, niſi ipſo facto calumniator infamis famoſo libello detulit? Quos infandum iudicium Leidenſium de fanatici impoſtoris, aut ſtulta, aut nulla delatione facta, ſua ſententia, hoc eſt, (vt Sica Tragica cap. 5. docet) mendaciis ſexaginta dum infamare ſtudet, abſoluit? Cuius mendaci narrationi, vt opponas teſtimonia Mágiſtratuum ea de ſcripta tibi mitto, vt fratribus oſtendas, quo cautius calumniari aſſueſcant. Nam libellus ille Belgicè & Latinè ſcriptus in Britannia legitur.

LITE-

LITERÆ ET TEstimonia vrbium Iprensis, Antverpiensis, Montensis in Hannonia, Duacensis, Bruxellensis, ad sententiam contra Petrum Panne Leidæ latam pertinentes.

OMnibus literas has visuris vel audituris, Consules, Senatores, & Concilium vrbis Bruxellensis testamur, singulisque de perspicua veritate constare cupimus, nos hodierno die, qui est 7. Augusti, anno M. DXCVIII. vidisse, inspexisse, & accuratè examinasse nonnullas disquisitiones, tam exaratas in charta communi, quàm pergamena, subscriptas & signatas consentaneo, eoque quo deinceps docebitur modo, quas comperimus solidas, sanas & integras, citra vllum vitium, inductionem, suspicionemve, & quarum hîc exempla de verbo subjecimus, in hanc omnino sententiam. Ac primùm:

TVTOR

TVTOR VRBIS, SEV PRÆtor, Senatores & Concilium ciuitatis Iprensis, iis omnibus, qui literas has visuri sunt, vel audituri,

S.

NOtum cupimus, teſtamur, & de veritate certiores reddimus: Nos Patrum Collegii Ieſuitarum rogatu, hac in vrbe, ſtudioſè diligentiam omnem, quantam quidem potuimus, adhibuiſſe indagandæ ac cognoſcendæ eius rei veritati, cuius mentionem facit expoſitio iudicii ſeu ſententiæ per Senatores vrbis Leydanæ in Hollandia latæ, cuius fuit exſecutio xxii. Iunii, anni M. DCVIII. poſtremò lapſi (ſequentes huic fini communicatum nobis exemplum typis excuſum) contra Petrum Panne modò vitâ functum, ciuem quondam huius vrbis, opificio vieorem, & qui ſe aliquamdiu mercatu butyri & caſei occupârat. Atqui certiores effecti de indole, ſtatu, & moribus dicti Petri Panne: primum deprehendimus ſolemni declaratione & affirmatione nobis ſeparatim iuſiurando confirmata, partim à Maria Bouwets, Petri Panne olim cõiuge, partim à Melchiore de VValle, materiario fabro, (vtroque hac Leydenſi ſententia accuſato delatoque, tanquam conſcio & participe ſuſcepti

ſuſcepti in Comitem Mauritium criminis, quorum eſt mentio in prædicto iudicio) neutrum horum quoquo modo ſe huic implicuiſſe facinori, neque vllum de eo ſermonem habuiſſe, non magis priuatim inter ſeſe, quàm cum ipſo Petro Panne vel alio quocunque tandem modo. imò nullam vnquam à quoquam mortali eius rei audiſſe fieri mentionem, neque ſibi ipſis tale quid in mentem aliquando veniſſe. Prædictum item Melchiorem non fuiſſe Petro Panne (vt is videtur declaraſſe) conſobrinum, at cognatum, idque adeo remoto gradu, vt præcisè de ea cognatione nihil ſtatuere poſsit, exiguamque cum eo vinxiſſe vitæ conſuetudinem. Maria quoque, vt prius iuramento affirmante, nunquam confeſſam eſſe Ieſuitis, neque aliam vllam ſibi cum iis fuiſſe notitiam; imò perrarò eorum interfuiſſe concioni, prærterquam initio, dum primum Ieſuitæ vrbem hanc ingreſsi eſſent, anno 1584. eosq; tum ſacras conciones habuiſſe in æde D.Nicolai: de reliquo communiter Eccleſiam Parœcialem frequentaſſe. Simili iuramento Melchior nobis affirmauit, non iiſſe Duacum circa Bacchanalia ſuperioris anni XCVIII. vt prædictum Panne dixiſſe apparet, imò neque Duacum hoc toto biennio vidiſſe, præterquam nuper admo-

dum pridie D. Ioannis. itaque eo ipſo tempore, quo Petrus Panne Leydæ plectebatur, Duacum profectum eſſe, Nicolao Stichele ſtannario, vxoris ſuæ auunculo, vt ſe viſeret, eo euocante. Addebat de Petro Panne nihil ſciſſe, eiuſque deſtinata conſiliumque prorſum ignoraſſe. ac tunc quidem in Collegium Ieſuitarum ibidem non vlterius ingreſſum eſſe, quàm in Eccleſiam, vt ſacro intereſſet. Ad hæc affirmat Melchior, ſibi cum hoc Ieſuitarum Collegio nunquam alium fuiſſe vſum vel conſuetudinem, quàm quod ibi tanquam faber, vt plures alii, lignariam exercuerit, eam ad rem ſub initium Collegii aliquanto tempore ſe intra eandem domum tenens. Ad Collegium Duacenſe, quod attinet, nullam ibidem vnquam ſibi cum vllo interceſsiſſe notitiam, neque in illud ingreſſum eſſe aliquando, præterquam omni vita ſemel, ab hinc circiter quinquennio, quantum commeminit. proficiſcentem tum Duacum ad viſendum dictum Nicolaum auunculum ſuum (eaque occaſione ab vno Patrum Collegii huius vrbis poſtulatum, vnâ operâ domum Duacenſem inſpiceret, ſi qua forſan fuiſſet ibidem commoditas, quæ potuiſſet hîc quoque eſſe vſui) in Collegium Duacenſe diuertiſſe, ſtructuram omnem luſtraſſe, Patre quodam eiuſdem domus

domus deducente, qui q, Gallicè loqueretur, ægrè à se potuisset intelligi. aliã ibi notitiam aut consuetudinẽ sibi, vel etiam Petro Panne (quantũ sciret) fuisse nullã, nec butyrum vnq̃ aliudve illi Collegio parasse. Maria Petri vidua idem affirmauit, nescire se eundem Panne maritũ suum vllo tempore in p̃dicto Collegio versatum esse, eidemve rem vllam procurasse: Sed ab hinc duob. tribusvé annis Pædagogio Aquicinctino, cui cũ Iesuitis ibidem nihil cõmercii, cùm à cœnobitis Aquicinctinis administretur. Cui rei Nos etiã certò declaramus, in codicib. rationum p̃dicti Petri Panne (quos p̃dicta vidua ad Nos attulit, domui emortuali renuntiatura) diligẽter inspectis, nullam notasse fieri mentionẽ vllarum rerum aut mercimoniorũ, quæ tangeret Iesuitas.

Vidua vlterius affirmat, cõjugem suum Petrum hinc profectum ipsis Cineralibus, 4. videl. Febr. 1598. neq; vnquam exinde domum reuenisse, misisseve (saltem q, ad se peruenerit) per Theodoricum Bul. aliáve via, pecuniam vllã, siue summam xl. librarum Flandricarum, quarum est mentio in p̃dicto Leydensi iudicio; seu aliam quamcunq;, neq; pallium vllũ subligaculum vel alias vestes, vt p̃dictus Panne videt̃ dixisse; sed è diuerso ait, Petrum maritũ suum hinc sine penula profectũ, & montibus Hanno-

niæ quandam ab eo ſumptam mutuo, & deinde ludendo abſumtã: hinc debuiſſe ei, qui mutuã dederat, veneratq; huc eius repetendæ gratiâ, aliud illius loco mariti palliũ dare. Item ſe à p̃dicto Panne marito ſuo nullas accepiſſe literas, quib. ei ſignificaſſet iter in Hollandiam ad rem quã noſſet, vel de qua ipſi locutus eſſet, vt prædictum iudicium inſinuat, ſed quaternas alias literas, quas nobis exhibuit, quarum poſtremæ datæ erant, xxix. ſuperioris Martii, quæ nihil horum continebant. tantùm confectis rebus cogitare reditum.

Ad hæc teſtamur, varios homines fide dignos cum iureiurando ſtudiosè à nobis auditos rogatosque de ingenio ac moribus prædicti Petri Panne, ac nobis teſtatum feciſſe, parum propenſum fuiſſe in religionem Catholicam, à natura hominem bardum & parum prudentem, ſtolidè arrogantem & leuem, mendaciis ac vaniloquentia plenum, & ſe pro more inſolentius iactantem, de multis perſpicuè falſis & abſurdis rebus, vt in cæteris, fuiſſe ciuitatis Iprenſis quartum Senatorem, & prætorem Fleinenſem: parentem verò ſuum (fuit is arte ſartor) obiiſſe legationem Anglicanam, & alias ſimiles ineptias, citra omnem probabilitatem ſpeciemque veritatis: præcipuè dum paulò largius obbibiſſet,

ſet, quantumuis parum, ſiue vinum foco aliquantum, ſeu alium potum quemcunque, quod ei perfamiliare, imò quaſi diurnum fuit. eumq́ue peculiariter ſuam hanc fatuitatem leuitatemq́ue animi non ita pridem Montenſi profectione poſtrema variè ineptiendo declaraſſe. qua conſtat, abfuiſſe domo amplius quadrimeſtre, neque vnquam interea domum rediiſſe, à prima Eſurialium feriarũ huius anni 1598. vſque ad XXII. menſis Iunii, ſupremum ſcilicet vitæ diem. Quo quidem tempore quæſtionibus habitis, didicimus abiiſſe hinc Inſulas, Tornacum, Montes Hanno-niæ, & inde iter Inſulas relegiſſe, denuò abiiſſe Montes, de vrbe in vrbem commeando remeandoque, ac corrogando quoſcunq; potuit, creditos ſuis debitoribus nummos, qui centum Flandriæ libras laxè exæquent, eosq́ue omnes potatione aliisq́ue probris decoquendo, de hoc œnopolio in aliud tranſeundo, ac varias ſtultè faciendo fabrilium carbonum, lupuli, rerumq́ue aliarum mercaturas, vt demum inops à pecuniis Montibus bis captus detentusq́ue ſit: & poſtremò ob LIII. ſolum Flandriæ libras, ac XVI. drachmas, Æginæas debitas cuidam Ioanni Amant, Montibus quadam turri clauſus in arce teneretur, vſque dum Carolus Parmentier & Ia-

cobus Dryuére (ambo butyri mercatores Ipris Montes profecti ad mercimonia, rogatiq́ue ſub diſceſſum à dicti Petri coniuge, vt quæſitum, ſi fieri poſſet, reducerent) ipſimet beneuolentia inducti, has LIII. libras, reliquaq́ue ſoluerunt, & ita prædictum Panne carcere laxatum, in ſuum hoſpitium, (cui inſigne Leucopodis) tranſtulêre, vbi vna nocte cum ipſis hoſpitatus (comparato tam equo reductitio, quo eum denique domum erant reuecturi,) poſtridie bene mane hoſpite ludificato diſceſsit: itaque cauponas peruagatus eſt, vt reperiri non poſſet. inde porrò abiit Valencenas, vbi cùm triduum inter ebriorum voces, in popina, cui ſignum Triremis, cum inſtitoribus vel proxenetis aurigarum perpotaſſet, & aliis eiuſmodi quiſquiliis hominum hoſpita percipiens eum, ſoluendo non eſſet, ſuperiore ædium cubiculo clauſum tenuit, donec neceſsitate adductus aduocaret circitorem, cum quo omnem veſtem quadam leuidenſa permutaret. itaque pecuniola reliqua placauit cauponem. Atqui cùm curaſſet multum peregrinè ludii ſeu morionis inſtar capillum tonderi, eo habitu Duacum iter intendit, vt propè à nullo agnoſceretur; diuertenſq́ue ad Pandochium, vulgò BRETESQVE, huc illuc vrbem percurſans,

cursans, denuò in omnibus tabernis, vbi notus esset, potationi vacans, aiens, veste despoliatum, ad se deuehi currum butyro onustum, id effecit, vt iterum alias vestes mutuò impetraret à quodam vestiario. tandem frustrata solutione, cum prædictis vestibus, aufugit Fleinas in Cœnobium, cui innotuerat ac solitus erat mercari butyrum. Ita Antwerpiam profectus est, ac deinde in Zelandiam, vt ex hac sententia & deinde aliundè constat; tam variis in itinere, Montensi admissis ineptiis ac stultitiis, vt libri ea de re confici possent, (quod aiunt testes) atque adeò, vt varii habuerint, eum pro merè stulto & homine offensi cerebri, voluerintque concludere, vel ligatum, curruique iniectum domum deuehere, si potuisset comprehendi, quod fieri nequiit.

Vlterius asserimus, similem opinionem, de imminutione cerebri, habuisse prudentes quoque viros in Hollandia & Zelandia, vt cognouimus variorum literis, quæ ad manus nostras peruenêre.

Demum non grauatè declaramus affirmamusque tanquam rem certam, prædictos Iesuitas Duacenses nullum annuum reditum minutum magnumvé ab vrbe Iprensi colligere: at Patres Societatis in

hac vrbe super eadem X. solùm libras, totidemque drachmas Æginæas censu annuo percipere, Societati cessione relictas, collatasque à quodam liberorum quondam Huberti Bonnaert, qui se eidem ordini adiunxit; ac nullo modo Iesuitis has pendi, quòd doceant iuuentutem, cùm ne sestertium quidem vel sesquiobolum ab vrbe aliundéve eius rei gratiâ admittant, idque siue instar pensionis, seu quomodo tandem cumque.

Denique etiam id notum cupimus, & pro explorata veritate asserimus, tabellariorum huius vrbis officia hîc vendi publica licitatione, & ab vrbe restituta non pluris veniisse, quàm centum libris Flandricis, semel duntaxat numerandis, atque etiam minoris, vt collegimus è Codice horum officiorum venditorum hîc obseruato: ex quo, & ex qualitate officii statui potest, quanti idem tabellariatus quot annis valere possit.

Postremùm affirmamus, Nos prædictos de Societate Iesuitas, quà nobis cogniti sunt, reperisse & habere tanquam viros bonos, honoratos & vitæ religiosæ, pacis, concordiæque studiosos, ac nihil à nobis deprehensum in ipsis esse, quod eò vergere possit, de quo in prædicto tribunali insti-

tuta

 404

tuta eſt accuſatio. In quorum omnium veritatis notitiam, præſentes has, Graphiarii noſtri chirographo ſignari iuſsimus, & tutelæ ſeu Præturæ vrbanæ ſigillo muniri. XXIV. Menſis Quinctilis, M. DXCVIII. Subſcriptum:

De Codt.

QVÆSTIO INSTITVTA PER HONORATOS DOminos, Prætorem, Conſules, Senatores, & Concilium Vrbis Antverpienſis, de falſa confeſsione cuiuſdam Petri Panne, qui nuper in Hollandia ſanguine luit.

THeodorus Bul annorum circiter 24. textor ſubſericarius, natione Iprenſis, hîc in ea vrbis parte, quæ *Noua* dicitur, ad trium Regum inſigne, in quodam cubiculo inquilinus, de hoc rogatus, eoque fine accitus in iudicium, ſolemni iuramento affirmat, Petrum quendam Panne Ipris natum, arte doliarium, hebdomade Pentecoſten proximè inſecuta, Mercurii aut Veneris die, ſub horam primam poſtmeridianam, adeundo ad diurnas operas,

conſpexiſſe in Kipdorp (vicus is eſt) aſsiſtentem ad ianuam cuiuſdam lintearii, ac loquentem vni domeſticorum. Hic Petrus viſo Atteſtante, lætabundus acceſsit, hiſce ſimilibusvé penè verbis vſus: videtur huc te Deus cupienti deſtinaſſe, nulla mihi omnino hac in vrbe notitia, vel ad victũ pecunia vlla. fugi Duaco, creditores carcerẽ minantes, quidam quoq; ſunt inſecuti, vt caperent (binos aiebat vidiſſe in equis) & pecuniolam, ſi qua erat, milites in itinere abſtulêre, penula mihi percõmodè relicta. Ac veritus, ne huc creditores veniant & inueniant, meditor Zelandiam vel Hollandiam, vbi ipſis ita videbitur, me quærant. Quapropter popoſcit ab Atteſtante pecuniæ mutuæ aliquantulum, ſed dum is affirmaret, nõ habere, petebat vnius ſaltem alteriusvé noctis hoſpitium; quod ille hominem miſeratus, cõceſsit, eumq; prima nocte in ſuo cubili ad focum in puluillis (defectu lecti) cubitantem ſomnũ capere permiſit, cibariaq; obtulit, quæ fuêre ad manum. Poſtridie quærens Petrus de domicilio Oliuerii Tybault Iprenſis, Atteſtans eum penè perduxit, tectoq; commõſtrato ad operas ſuas ꝓfectus eſt, in Angiportum Sagittariorum (ſignum domicilio appenſum eſt Campyloxylon,) quò Petrus ſine mora venit, dum dictũ Oliuerium conueniſſet,

niſſet, admodum deſperanter queſtus Atteſtanti, negaſſe pecuniam mutuam dare. Atqui Petrus χρηματιστικὴν, ſeu viã pecuniæ in iter parandę ignorans, rogauit Atteſtantem congredi ne nollet, adeſſeq; pallium vendituro, fecit; ex eoq; in promercali ſeu nundinario Veneris foro, à veſtiario ad inſigne Quatuor Edmundi filiorum, redegerunt quinque florenos. exinde in aliam digreſsi officinã, cùm Petrus crederet tantulâ pecuniâ iter ſuum nequaquam confici poſſe, laneum nigri coloris ſubligaculum quod geſtabat, permutauit, cœruleo, & in auctuarium xxv. ſeſtertij eidem acceſsêre. Sequenti item nocte apud Atteſtãtem pernoctauit Petrus, ac tertio die cõſcenſa naue in Hollandiam vel Zelandiam nauigatione tranſmiſit, atteſtante qui hominem fuerat comitatus ad ripã Scaldis (vulgò werf vocãt) in quadã taberna relicto, ad expediendam 10. ſeſtertiorum ſymbolam: q̃ nomen ab atteſtante interea iterum & ſæpius exactum fuit. Petrus ſiquidem maturandum ſibi eſſe ſimulans, q̃ poſtridie dies compitalitius ſeu dedicatio eſſet, ac metuere dicebat ab Iprenſibus, ſi qui fortè feſto adeſſent cognoſci, diſceſſerat hoſpite inſoluto. Rogatus atteſtans nouiſſetnè vel olim vidiſſet p̃dicti Petri Panne vxorem, & an pecuniam vllam veſtemvé reliquiſſet, mittenda coniugi, reſpondit negans. Oli-

Oliuerius Tybauli mercator annos 42. natus, origine Iprensis, habitãs prope Cœnobium Prædicatorum hîc Antwerpiæ (cuius ædibus signi gratiâ *Sidus aureum*) de hoc rogatus, & per accensum iudicio adesse iussus, dixit, adhibito in id solemni iuramento, ita se habere rem; hebdomade à Pentecoste, tempore antemeridiano, ædes suas adiisse quendam Petrum Panne Iprensem, manu vietorem, satis pannosum: ac dum percontaretur attestans, quî se ibi reperisset, quesibundus respondit, ægrè iter suum perfici posse viatici defectu, rogans, essetné ipsi opportunum, duas, tres, quatuorvé Flandriæ libras vtendas dare, quas Ipris eidem redderet? Sed vti Attestans ex nuntio Iprensi antea acceperat, eidem Petro ob cõtracta nomina fuisse iniectam manum, dixit tum sibi minus promptum esse. Quo audito, petiit porrò Petrus, tres quatuorve florenos, ad quod Attestans, præstolaretur se in Peristylio seu Xysto mercatorum. ita deinde facienti, denuoque flagitanti pecuniam, respondit Attestans, auditione accepisse, eum desiisse Ipris degere, sed semigrasse. Contrà Petrus, mentiri eos hoc qui dicerent, quandoquidem ibi etiamnum vxorem ac liberos suos reliquisset: & si Attestans ei negaret pecuniam, non difficulter alibi inuenturum.

uenturum. quo dicto, Atteſtans motus fuit hominem deſerere, profeſſus, ſe nihil ei debere, tametſi in eleemoſynam florenum miſero deſtinaſſet, quem nummum eum in finem contulerat. Declarat præterea, à dicto Petro Panne nunquam conuentum eſſe de ſyngrapha mercatoria, qua ipſi pecunia vlla à ſe vel alio quopiam numeraretur. Actum teſtatumque XI. Iulij, M. DXCVIII.

Ioannes Pylinx veſtium promercalium aperiens officinam, natus annos ſex & triginta, degens hîc Antwerpiæ prope nundinarium Veneris forum, habens domicilium, cui Quatuor filii Edmundi eſt ædium index, citatione adeſſe iuſſus rogatusque, iuratus aſſeruit, probè meminiſſe in hebdomada ſuperiorem Pentecoſten conſecuta, die qui erat Veneris, duos ad ſe veniſſe ſibi incognitos, hora pomeridiana (alteri, à quo heri conuentus eſt, audit nomen eſſe Theodorico, ſeu Theodoro Bul) venumdantes laneam chlamydem coloratam 5. florenis (quæ deinde venierit 5. ac dimidio) eumque qui pallium vendebat, prætexuiſſe inopiam pecuniæ conficiendo itineri, cùm ea aliundè non ſuppeteret. Poſtquam etiam Atteſtanti obtuliſſet laneum nigri coloris, ſubligar, quo tum vtebatur, viliore permutandum, vt aliquid

inde

inde auferret pecuniolæ corollarium, ait, de hoc inter eos nôn conueniſſe; itaq; diſceſſum eſſe. Actum teſtatumque x. Iulii, M. DXCVII.

Catharina Bertram, Firmini Bertram, propolæ ſeu ſcrutarii filia, commorans ad ſignum rubri leonis ſeſsitantis, iuuencula annorum XXVII. in iudicium vocata, rogataque, affirmat iurato iuſiurando, aliquanto iam temporis lapſu (diem non meminerat) domũ ſuam veniſſe virum quendam ſibi modò oſtenſum nomine, quantum intelliget, Theodoricũ Bul, alio eum viro comitante, eoq; Flandro, vt ex idiomate ſignari poterat, qui queſtus à militibus in itinere ſe ſpoliatum eſſe, & egere pecunia, cogi dicebat laneas ſuas nigri coloris caligas, quas geſtabat, permutare, ad curãdum aliquantam pecuniolam, ac demum inter eos conueniſſe, oblatis nigrarum loco cœruleis, quas idem confeſtim induxit in pedes, additis ipſi, quantum Atteſtans meminit, XXV. aſsibus. Quos ſermones Firminus Bertram, pater dictæ Atteſtantis, & ipſe iudici adeſſe iuſſus, tum temporis ſubæger, in officinæ angulo deſidens, profeſſus eſt ac iuratus confirmauit audiſſe, & rectè commeminiſſe. Actum teſtatumq; eodem die, me Secretario infraſcripto præſente. Subtus: *G. Kieſſelt.*

QVAE-

QVAESITVM AB HONORATIS Dominis, Prætore, Consulibus, Senatoribus, & Concilio Ciuitatis Antuerpianæ, de falsa confeßione cuiusdam Petri Panne, nuper in Hollandia plexi.

IOannes Thibault, mercator clauorum, domicilium habens in breui platea Tornacensi, prope clauorum vel macellarium forum (vulgo *Veemerckt*) non longe à Cœnobio Prædicatorum, annos natus LIV. qui ibidem vixit annos XXX. rogatus citatusque in testimonium, declarat, neque modò neque antè vnquam nouisse Petrum vllum Panne Iprensem, neque ei vel alteri cuipiam Flandro pecuniam vllam Collybo curandam (Cambium vocant) vel aliter ab hinc bimestri vel trimestri numerasse. Negat etiam, habere notitiam cum Domino Prouinciale, vel aliis Iesuitis Collegii Duaceni, Quæsitum, num quem nosset. cui nomen Francisco Thibault hac in vrbe? negauit nosse, præter suum filium sibi conuictorem, qui ab hinc biduum triduumvé natus sit annos XXIII. condiscens, exercensque artem suam apud quendam institorem nomine Guilielmũ VVisseliner, hîc Antwerpiæ ad B. Vir-

B. Virginis cœmiterium. Declarat insuper idem Franciscus pariter præsens hoc ipsum quod pater, nullam se negotiationem obire vel commercium, proindeque vacare omni pecuniæ cura, neque quenquam nosse Petrum Panne; ac multò etiam minus eundem à se accepisse pecuniam.

Ex Henrico Bul annorum 48. (natus is est in Peschan Binstii in Hannonia, pilidiopœus, degens in viridario ad Arcem, cùm prius habitasset hîc Antuerpię in scrutario (vulgò phthiriaco foro) quæsitum est, num hoc tempore aut olim norit Petrum quendam Panne Iprensem, & num ab eodem, hoc bimestri, vestes vllas pecuniasvé acceperit Ipras destinandas? negat accepisse. Actum & probatum xv. Iulii, M.DXCVIII. Subscribebatur:

G. Kieffelt.

RECTOR ET VNIVERSITAS DVACENSIS omnibus & singulis has literas visuris, salutem in Domino.

VIso lectoque exemplo cuiusdam sententiæ contra Petrum Panne Iprensem latæ Leidæ, die 22. Iunii, 1598. Veritati testimo-

teſtimonium lubenter dantes, notum facimus, per hoc publicum inſtrumentum, Nos ex plurimorum fide dignorum depoſitionibus iuratis deprehendiſſe, Reuerendum P. Prouincialem Societatis Ieſu in hebdomada Rogationū poſtremarum Duaci non fuiſſe, qua Petrus iſte Panne confeſſus dicitur, ſe per eundem Patrem Prouincialem fuiſſe inductum, vt machinaretur mortem Comitis Mauritij. Præterea Nicolaum de Calring nullam à Petro Panne habuiſſe aſsignationem pecuniarum (quarum in eadem ſententia fit mentio) à Patribus Societatis Ieſu Duacenſibus recipiendarum, nec vnquam de tali aſsignatione quicquam audiuiſſe. Item, quòd poſt diligentem multorum teſtium examinationem hactenus comperire nō potuerimus, Petrum Panne Patribus iiſdem Duacenſibus vnquam butyrum vendidiſſe, ſed inuenimus eundem Petrum hominem fuiſſe ebrioſum, leuem, futilem, mendacem, & ſuſpectæ fidei. De cætero talis eſt opinio nobis de prædictis Patribus Societatis Ieſu Duacenſibus, eorumque Rectore moderno, vt eos viros prudentes, pios, integros, vitæ exemplaris eſſe credamus, & prædictum P. Prouincialem, vt dignitate, ita etiam his iiſdem aliisque virtutibus præluцere, necnon ſingulari rerum experientia

& vſu iudicioq́ue pollere. In quorum omnium & ſingulorum fidem, has noſtras literas à Graphiario noſtro conſignari iuſſimus, & ſigillo noſtro muniuimus. Datum Duaci die XXVII. Iulii, 1598. De mandato ſuæ Magnificentiæ & totius Vniuerſitatis: & ſubſignatum erat,

A. Herennius.

SENATORES VRBIS MONTENSIS IN Hannonia, omnibus Salutem.

NOtum eſſe cupimus, à Patribus Societatis Ieſu hac in vrbe rogatos eſſe Nos, de moribus & congreſſu Petri Panne tribuere teſtimonium, ciuis & mercatoris Iprenſis, qui hîc verſatus plures iam annos, ratione mercaturæ; quæq́ue de eo comperta eſſent, in publicas tabulas, quæ fidem facerent, referri poſtulaſſe. Cui petitioni non grauatè aſſenſi, deſtinauimus quoſdam de magiſtratu quæſitores ſeu cognitores collegas noſtros, adiuncto iiſdem Graphiario, qui plurium inſignium mercatorum, quibus meritò fides haberi debeat,

beat, interpoſito iuramento excepêre teſtimonia. Hac diſquiſitione nobis conſtitit, Petrum hunc Panne fuiſſe ciuem vrbis Iprenſis, & mercatorem adiparium, quem viderant frequentem eſſe in hac vrbe, cùm plures ab hinc annos, & à trimeſtri, vel circiter, ad tres hebdomadas hîc verſatum; ac tum quidem cùm variis interfuiſſet congreſsionibus mercatorum, temerè ſumpſerit aggredi mercimonia, tam quæ nihil ad eum, quàm alia; coëmens ſine ſpe, ſine re, reiiciens & reſcindens contractus emptionum, eoſdemque deinde admittens: ita vt demum deſereretur, deprehenſus in ſermone perinconſtans, & quaſi motæ mentis, ob aſsiduam potationem, tam defruti ſeu vini aduſti (quod diurnum erat) quàm commeſſationes & ſympoſia, cùm ſemel atque iterum & ſæpius vno eodemque die vacaret poculis; vt hoc agendi modo creditus ſit à noſtris mercatoribus, quaſi offenſi cerebri, eoque amplius, quòd nuper ſub diſceſſum ob æs alienum captus ſit; laxatus deinde, ſua ſponte reuenerit in cuſtodiam. Ferebatur quoque in Hollandia (quo ſine literis liberi commeatus diſceſſiſſe creditur) anxios reddidiſſe quoſdam mercatores ſermonibus ſuis, de mercimoniis minimè veris. Quare vt tribuamus rei

 poſtu-

postulatæ testimonium, iussimus appendi hisce Tabulis publicum signum causarum vrbanarum, & subscripti Graphiarii nostri manu. IX. Iulii, M. DXCVIII. Subscriptum.

Le Roy.

OMNIBVS PRÆSENTES INSPECTVRIS, Senatores vrbis Duacenæ, S.

NOtum esse cupimus, inspecta sententia criminali; Per Senatores vrbis Leydensis in Hollandia XXII. superioris Iunii cõtra Petrum Panne Ipris oriundum, propria confessione oneratum lata, quasi is instinctu Patrum Prouincialis Societatis Iesu, Præfecti, eorumque Collegii in hac vrbe Rectoris, parasset Mauritio Comiti, Hollandiæ Præsidi, afferre vim ac tollere, vt enucleatius formula iudicii complexa est. Nos postulatione dicti P. Rectoris, nostroque item officio ductos, optantes detegere, vti nobis incumbit, ac cognoscere facti veritatem, idoneam huius rei instituisse quæstionem, audisse & examinasse testes bono numero, qui res hic transactas

certius

 410

certius cognouiſſent. Exacta igitur & accurata diſquiſitione noſtro iuſſu habita, deprehendimus confeſsionem dicti Panne hac ſententia expreſſam, abundare erroribus, mendaciis, ac eſſe falſitate plenam, adeò vt is nullam vllo vnquam tempore vendiderit aut curârit (quod aſſerit feciſſe) butyri annonam aliudve matrimonium in vſus huius Collegii, nec vlla eidem notitia fuerit ibidem, familiaritas vel vſus, vt inter adiutores quoque ac miniſtros dicti Collegii nullus repertus ſit, cui nomen Melchiori VValle. Deinde ſuperioribus diebus Rogationum (dum dictus Panne ait, communicaſſe cum Prouinciale & Rectore) dictum Prouincialem non fuiſſe in hac vrbe, nec lõgo tempore antè aut etiam poſt. Demum Nicolaum Lalaing non recepiſſe ab hoc Panne aliquam Patrum Ieſuitarum conſignationem pecuniæ. quæ omnino cum eius confeſsione pugnant. Deinde reperimus, fuiſſe hominem valde immoderatum, temulentiæ addictum & ebrioſitati, malè ſentientem de fide & religione, & excerebratum ſeu mente captum, mendacem, calumniatorem & furem, vti latius inſtituta quæſtione continetur, quæ planè exonerat & innocentes declarat dictæ Societatis Patres, qui accuſantur, qui paſsim habentur viri probi & honorati, pii in

Deum, Principem & Rempublicam pacifici & mansueti in congressu ac doctrina: & cùm sint eiusmodi ab his supradictis probris prorsus immunes, quemadmodũ pro nostra parte testificamur, pro absoluta & diuturno iam tempore, quo Collegium hîc institutum est, de iis contracta notitia; qui perpetua quadam constantia, vt dictum est, sese gessêre: adeò vt nulla vnquam de ipsis querela ad Nos peruenerit. Habentes etiam peculiarem notitiam Reuerendorum Patrum, P. Oliuerii Manarei, Prouincialis dictæ Societatis, & P. Philippi Frumault, modò eiusdem Collegii Rectoris; virorum prudentiæ vtriusque singularis, de quibus vti neq; de aliis eiusdem ordinis, adduci possumus, vt credamus vnquam voluisse consulere, & dictum Panne ad hoc facinus impellere: addentes, Præfectum in sententia nominatum inter superiores dictorum Patrum eo nomine nullum cognosci.

Quorum omnium probationi ac testimonio curauimus, hasce præsentes Graphiarii nostri manu subscriptas, consueto sigillo huius Vrbis consignari. Datum 23. Iulii, M. DXCVIII.

Atque in dorso literarum signatum erat:

Aprilis.

In cu-

IN cuius inspectionis testimonium Nos Coss. Senatores & Concilium dictæ Ciuitatis Bruxellensis sigillum causarũ Vrbis eiusdem istis curauimus imprimi. Die & anno, vt supra.

Numan.

BRVXELLENSIVM DE SOCIETATIS IESV PROuinciale P. Oliuerio Manareo testimonia.

NOs Coss. Senatores, & Concilium vrbis Bruxellensis, scrutati verum, certò asserimus, hisce tabulis publicis, & testificamur omnibus & singulis, easdem visuris vel audituris, XXII. die Augusti M. DXCVIII. coram Nobis se stitisse infra nominandos, qui declararunt, & hîc iuramento solenni affirmârunt, in eum qui sequitur, modum:

PRIMVM Reuerendus Dominus D. Christophorus Eusacus Hybernus, Collegii Hybernorum in vrbe Duacensi præses, annos natus XXXV. in testimonium se sistens, declarauit ac rectè meminisse attestatus est, superioribus diebus Rogationum, 17. nimirum postremi Aprilis, vsq; ad 3. diem Maij, insequentis in hac vrbe

Bruxellensi, quam creberrimè vidisse, & multis omnino vicibus conuenisse venerabilem D. ac P. Oliuerium Manareum, ordinis Iesuitarum in Belgio Prouincialem, eoque interlapso tempore, frequenter ac penè diebus singulis cum illo ipso Prouinciale varia negotia tractasse, & præcisè id temporis eundem D. Prouincialem, Attestantis rogatu, exposuisse nonnulla suæ Celsitudini Archiduci Alberto, sibique audientiam impetrasse. Hinc rectè se scire, tota ea Rogationum hebdomade dictum D. Prouincialem intra hanc vrbem Bruxellensem se tenuisse, cùm ipsis illis diebus continuò cum eo curarit agitaritque varias res, quæ Hybernos attingerent: idque subinde solus; nonnunquã D. Petro Lombardo Hyberno Doctore Theologo comitante; aliquando cum Oliuerio Eustachii Hyberno Tribuno militum, cùm vterque Bruxellæ tum adesset.

Deinde comparens D. Melchior Nicolaus Schetz de Grobbendonck, Dominus de Heyst, &c. annorum XLVII. juratus affirmauit, vt supra ipsis proximè lapsis Rogationum diebus (fuerunt hi XXVII. Aprilis, ad III. superioris mensis Maij) in hac vrbe Bruxellensi sæpe ac diuersis diebus vidisse supra nominatum D. Prouincialem euntem versantemque in vrbe, ac intra

intra idem tempus in Sacello Iesuitarum eiusdem Domini Prouincialis Missæ sacrificio interfuisse.

Præterea comparuit eodem dicto die Guilielmus Maes, annorum circiter LII. qui iuratus confirmauit, vt suprà, cum honorabili Domino Patre Oliuerio Manareo ordinis Iesuitarum per Belgicam Prouinciale: item cum D. & Magistro Ottone Hartio Aduocato &c. venisse se Antuerpiâ huc Bruxellas xx. vel xxi. die superioris Aprilis, ac tum nominatim omnes tres vnà VVillebrochio (est id in medio itinere ad flumen) ad hanc vsque vrbem propter crepidinem aluei Bruxellensis eo curru rediisse, qui ibidem D. Prouincialem opperiebatur. & paucis post diebus ait dictus Attestans denuò se venisse Antuerpiam ad primum diem Maii, & quinto eiusdem bono instructum sodalitio iter fecisse ad municipium Hallense, ibiq; etiam dictum Prouincialem offendisse, & in æde sacra vidisse, ac deinde eodem vsum hospitio (cui ædium index est Cornu) vnà cibum sumpsisse, audisseque ex auriga eundem Dominum Prouincialem eo die Niuellam proficisci, in quod iter currus pro foribus erat, vidisseque eundem iter ingredi.

Similiter comparuit Victor Paessens essedarius, annorum circiter xxxi. Bruxellis

habitans, & ex animi sui sententia iurans, vt supra, & affirmans, certò scire, diebus aliquot ante Dedicationem huius vrbis, quæ incidebat in III. Maij, (diem præcisè non meminit) suo curru VVillebrochio huc vsque vexisse, prenominatum D. Prouincialem cum aliis quibusdam; omnino etiam sciens, se eundem D. Prouincialem ex hac vrbe eodem curru prouexisse ad vrbem Hallensem, inde Niuellas, & deinde Namurcum; meminitque id accidisse biduò post diem compitalitium Bruxellensem, qui Martis erat, nimirum v. Maij: memor quoque octo vel nouem diebus antè hanc profectionem eundem Dominum Prouincialem in hac vrbe continuò vidisse, ac subinde salutasse, eumque cum cæteris in sacello Iesuitarum sacrum dixisse.

Item XXVIII. die superioris Augusti comparuit etiam Dominus, ac M. Otto Hartius Aduocatus annorum XXXXIX. qui solenni iuramento declarauit vt supra, & testificatus est, verum esse, se antegressi mensis Aprilis XX. vel XXI. die (ne aberret) venisse Antwerpiâ Bruxellas, inuento ad nocturnam vrbis portam venerabili D. & P. Oliuerio Manareo, ordinis Iesuitarum in Belgio Prouinciale, comitante P. Melandro Procuratore Collegii Antwerpiensis, & alio prætereà tertio eiusdem instituti, cui se

cui se iuxta Guilielmũ Maes in cubili nautico applicuerit, quo noctis tædium mutuis sermonibus fallerent. inde adpulsos VVillebrochium vltra profectos esse Bruxellas eodem sodalitio, certoque vehiculo, quod VVillebrochii ad ostium fluminis Prouincialem opperiebatur, vnáque toto itinere Bruxellas vsque, varia omnis generis & argumenti habuisse colloquia, vt tempus & occasio tulit, addens, se prædictum D. Prouincialem rectè nosse, tum famâ publicâ, & quòd is sibi apud Licentiatum Franciscum Marchantium pro eo ostensus esset; tum quòd cum eodem fuerit in ædibus Decani sanctæ Gudulæ, Domini Petri Pantini.

DEMVM testificamur Nos Consules, Senatores, & Concilium prædictum, vti aliis peculiariter institutis huic rei indagandæ quæstionibus nobis constat, prænominatum Dom. Prouincialem Oliuerium Manareum huc Bruxellas venisse in Domicilium societatis Iesu XXI. *superioris mensis Aprilis, exindeq; demum recessisse* V. *Maii.*

IN quorum omnium fidem Nos Coss. Senatores, & Concilium Ciuitatis Bruxellensis signum rerum vrbanarum his imprimi iussimus, postremo Augusti, 1598.

Numan.

Præ-

Præterea Nos Coss. Senatores & Concilium præfatæ vrbis Bruxellensis, hisce literis certiores omnes reddimus & testamur, nouisse Nos & habere Patres Societatis Iesu (vti hactenus semper) tanquam viros probos, religione & virtute conspicuos, àc ministros Dei, Rempublicam & quemcunque alium ad virtutem & timorem Domini incitantes, & adducentes, ac generatim in omni sua conuersatione, & vita pacificos, pios & óptimi exempli, nullo modo motores & seditiosos, & nunquam his contraria audisse aut percepisse, saltem quod vlla veritate niteretur; &

IN horum fidem Nos Coss. Senatores, & Concilium nominatæ vrbis Bruxellensis, sigillum vrbicorum negotiorum his curauimus imprimendum, die & anno prædictis.

P. Numan.

4. Minus etiam nos iuuant, Gallicana negotia, accusator occultus, typographus proscriptus, Rex Christianissimus, pars, quæ fingebatur, læsa, Regina & Regens, pro vita mariti, Rex filius pro salute patris, concilium Regium, consanguinei principes, regnum Franciæ Regum suorũ amantissimum, voce, scriptis, diplomatis, testamentis, sepulturâ, non modò absoluunt,

sed

ſed fouent, defendunt, eorum operâ vtuntur. ô ius, ô fas, & tamen nos eos damnamus, plus valet occultus delator, Regum & Principum teſtimonio. Quid Principes Germanos iudicare cenſes de nobis? Cùm poſt rem toties iudicatam, pergimus calumniari? nec diſsimilis Tragœdia Polonica, vt etiam noſtri fratres ſcripſerunt.

Seriò perpendant fratres noſtri, quàm odioſum faciant Euangelium, & quanti ſit apud homines nulli cauſæ auctoratos. Chriſtianiſsimus Rex, Regina, Regens, & Rex filius; Potentiſsimus Rex Poloniæ; ſereniſsimus Dux Bauariæ; Illuſtriſsimi ſanguinis Principes, Regis Franciæ agnati, Palatinus Cracouienſis, Senatus Cracouienſis, Antwerpienſis, Monachienſis, Græcienſis: Adde in alia cauſa Iprenſis, Antwerpienſis, Montenſis in Hannonia, Duacenſis, Bruxellenſis. Sed & Præſules, Pariſienſis, Polonici, Antwerpienſis, abſoluunt, & famoſos libellos damnârunt. Quid Scurra? Illi omnes pudenda veſtra, ſuis miſsiuis texerunt. Ecce vt Ieſuitas faciat nocentes, Reges & Principes facit mendaces, imò iniuſtos, cùm bibliopolam in fauorem eorum damnatum ſcribit. Verùm vnico exemplo rei indignitatem & humanâ tetriorem maleuolentiam diſcamus. Ante quadriennium prodiit fabula

Mona-

Monachienſis, paucos poſt dies ſcripta ſereniſsimi Maximiliani Principis, & Senatus Monachienſis teſtimonia, an illi contra tabulas publicas, contra Iudicis publici executionem, contra omnium ciuium ſuorum & vicinorum conſcientiam, & oculos teſtarentur? Deinde Monachii, Auguſtæ, Lauingæ, vicinis oppidis, nemo planè eſt, aut vel vnus inuenitur, qui criminis teſtimonium ferat. Exemplaria nobis in Angliam miſſa, tibi tuiſque mitto, nam iis lectis, neminem arbitror fore, qui condemnet innocentes, niſi, vt cum Luthero loquar, **die eingeteuffelte / durchgeteuffelte / vbergeteuffelte Hertzen haben.** Cùm verò multa nobis curarit Mercatorum Auguſtanorum ſedulitas, mirati ſunt fratres, vobis ea deeſſe, tam vicinis & Moguntiæ & Spiræ.

DIPLOMA SERENISSIMI Principis *MAXIMILIANI*, Bauariæ vtriuſque Ducis, &c.

VOn GOttes Gnaden / Wir Maximilian / Pfaltzgrave bey Rhein / Hertzog in Obern vnnd Nidern Bayern / ꝛc. Entbieten allen

vnnd

vnd jeden / wessen Stands / Würden / vnd Wesens die seyn / denen dieser vnser offener Brieff zu handen kompt / oder fürgewiesen wird / vnser Freundschafft / geneygten Willen / Gnade vnd Gruß / vnd fügen denselben hiermit zu vernemen / Nachdem vnlängst verwichenen Tagen / ein schändliches Famoßgesang / vnd ehrenrühriges Gedicht / wider die würdigen Patres der Societät Jesu allhie zu München in offenem Truck zu vnterschiedlichenmalen / vnd mit Benennung etlicher Stätt / als Nörnberg / Augspurg / Lawingen samb als wann es alldorten were getruckt / so gar auch vnter dem Namen eines Buchtruckers zu Augspurg / der sich doch dessen höchlich beklagee / vnd vmb Hülff vnd Rettung seiner Vnschuldt / bey seiner Obrigkeit angehalten / spargirt vnd außgesprengt worden / in welchem Famoß vnd schandgedicht bemeldten Patribus Societatis wider GOtt / Ehr vnd die Warheit / nicht weniger dem hochverpönten Religionsfrieden zugegen / in gemeinen geschriebenen Rechten / auch den Reichs Constitutionen vnnd Satzungen verbottener hochsträfflicher Weiß / grobe / vnerhörte / auch nimmermehr erfindliche Schanden vnd Mordthaten auffgedichtet / zugemessen / vnd von jhnen offendlich ge-

sagt

sagt vnnd gesungen worden. Solches schändliche / vnwarhaffte / vnnd vngereimbde Lügengedicht aber/welches ohne Zweiffel von den Widersachern vnsers Catholischen Glaubens/ vnd der Societät hefftigen Mißgönnern / nach jhrem lang gewohnten Gebrauch / auß Anreitzung des bösen Geistes / als des Vatters der Lügen / vnd abgesagten Feind GOttes / der heiligen Warheit / vnd aller deren / die derselben anhangen vnd nachfolgen/wie vor diesem auch mit erdichten vnwarhafften Fürgeben / eines durch Vns bey jhne · den Patribus inn jhrem Collegio allhie gefundenen / vnd von jhnen heimlich zusammen getragenen mercklichen Schatz/ von Goldt vnd Geldt / beschehen seinen Vrsprung hat / zu verschimpffung der heiligen Catholischen Religion / auch Diffamation vnd Verunglimpffung der gantzen würdigen Societät/ mit grossem Ergernüs des gemeinen vnuerständigen Pöfels / angesehen vnd gemeinet ist.

Als haben Wir nicht sollen noch wöllen vnterlassen / mit diesem offenen Brieff / vor GOtt vnd der gantzen Welt zu bezeugen vnd bekundschafften / daß mehrbesagten Patribus Societatis allhie mit dieser spargierten Schandschrifft vnd Lästergesang wider GOtt / alle Ehr/

Recht/

Recht/Billichkeit vnd Warheit geschehe. Vnd sie der bezüchtigten Aufflagen/ Schandt vnnd Mordthaten allerdings vnschuldig/ vnd alles was in dem erdichten Lastergesang von jhnen außgeben worden/der lauter Vngrundt/in ewigkeit nimmermehr erfindliche falsche Inzüchten vnd Vnwarheiten seynd. Vnd daß jhnen ein solches einig/vnnd allein auß vnuerdiendtem Neyd/Hassz/vnd Widerwillen jhrer Feind vnd Mißgönner begegnet/die sich anderwertz an dieser ruhmwürdigen Societät nicht rechen/noch den löblichen/GOtt wolgefälligen Fleiß/Eiffer/vnnd mercklichen Nutz/welchen diese Patres in der heiligen Catholischen Kirchen mit Widerlegung der Ketzereyen/vnd falschen verführischen Irrthumen/Fortpflantzung der allein seligmachenden Warheit/Bekehrung vieler irrenden verführten Menschen/vnd sonsten in andere mehr weg/täglich/ vnd von einer Zeit zur andern wircken/wie in gleichem der Patrum vntadelichen/erbarn/eingezogenen Wandel/Leben/Thun vnd Lassen/vnd jhr Geschicklichkeit/vnd Lehr/nicht leiden noch vbertragen können/darüber doch dergleichen Lästermäuler/Diffamanten/vnd Schandtdichter/noch zu Schandt vnd Spott werden/vnd zu Grundt ge-

hen müssen/werden sich auch alle vnd jede fromme / ehrliche/ auffrechte Leuth vor jhnen wissen zu hüten / vnd in dem wenigsten nicht Glauben zu geben. Zu Vrkundt haben wir diesen Schein vnd Bekundtschaffung mit eigener Hand vnterschrieben / vnd vnser Fürstlich Secret hieran zu hangen befohlen. Geschehen in vnser Statt München / den xj Monats Tag Junij/Anno 1607.

Maximilian.

DIPLOMA SERENISSIMI Principis *MAXIMILIANI*, Bauariæ vtriusque Ducis, &c.

NOs, Maximilianus, Dei gratiâ, comes Palatinus Rheni, Dux superioris & inferioris Bauariæ &c. omnibus & singulis cuiuscunque status, dignitatis, conditionis sint, nostras has patentes literas accepturis aut visuris, amicitiam nostram, animum propensum, gratiam, salutem, offerimus, & hisce literis denuntiamus. Posteaquam paucis ante diebus probrosum, famosumque carmen, & contumeliosum commentum, contra Reuerendos Patres Societatis Iesu

tis Iesu Monachii habitantes, diuersis vicibus excusum, additis etiā vrbium, quasi in illis impressum esset, Norimbergæ, Augustæ, Lauingæ nominibus; quin & typographi Augustani supposito nomine, qui tamen ea de re grauissimè questus innocentiæ suæ subsidium, defensionemque à proprio Magistratu postulauit; sparsum fuit, vulgatumque. In quo famoso & probroso commento, supradictis Patribus, cōtra Deum, honestatem, veritatem, nec minus contra sanctam grauissimis pœnis religionis pacem, cōmune ius scriptum, imperii constitutiones ac leges, Vetitâ, & quę magnis pœnis vindicanda sit, ratione, grauia, inaudita, nunquam probata, dedecoris & cædis, malitiosè conficta crimina imponuntur, publiceque dicuntur & canuntur.

Huius tam fœdæ, mendacis, & sine ratione confictæ calumniæ, quæ dubio procul à nostræ fidei Catholicæ aduersariis, Societati infestis æmulis, veteri suo more agentibus, machinatione mali Dœmonis, qui mendacii Pater est, & professus Dei, sacrosanctę veritatis, omniumq; ei adhærentium, eamq; sectantium hostis, originem habet; quemadmodū & nuper ille de grādi à Patribus clam congesto, & à nobis in eorum collegio auri, pecuniarumq; inuento thesauro, mendacissimè sparsus rumor.

Huius, inquam, calumniæ inſtitutum ac ſcopus eſt, ſanctam Catholicam religionem contumelioſè traducere, Reuerendam Societatem vniuerſam, cum magna imperitæ plebis offenſione, infamia & odio grauare.

Itaque nec debuimus, nec voluimus intermittere, quo minus hoc patente Diplomate coram Deo, & orbe vniuerſo teſtemur & denuntiemus: Prædictis Patribus hoc famoſo ſcripto, & probroſo carmine contra DEI leges, ius, fas, honeſtatem, æquitatem, veritatem, crimen impingi. Eoſdem intentatæ criminationis, flagitii, cædis prorſus immunes, omniaque, quorum in famoſo carmine inſimulantur, falſiſsima figmenta, & quæ in æternum probari non poſsint, calumnias & mendacia eſſe; denique illos ſolâ inuidiâ, odio, alienatione inimicorum, inuidorumque immeritos premi, eorum ſcilicet, qui nec prędicandæ Societati aliâ viâ nocere, nec laudabilem, Deo placentem induſtriam, zelum, & ſpectatum fructum, quem hi Patres in ſancta Eccleſia Catholica, refutandis hæreſibus, & falſis pernicioſiſque erroribus, promouenda ſola ſaluifica veritate, conuerſione multorum ſeductorum & errantium, aliiſque multis modis, indies proferunt; vti neque eorundem inculpa-

tam,

tam, honeſtam, modeſtam, conuerſationem, vitam, actiones, eruditionem, doctrinam æquo animo ferre poſſunt.

Quapropter, vt iſtiuſmodi Sycophantæ, diffamatores, calumniatores, confundantur, irrideantur, funditus pereant, omnes & ſinguli probitatis, honeſtatis, ſynceritatis amantes, eos ſibi cauendos, nec minima in re fidem illis habendam ducent.

In huius rei fidem, huic teſtimonio & declarationi propria manu ſubſcripſimus, & Ducali noſtro ſigillo ſignare iuſsimus. Datum in vrbe noſtra Monachio, die Iunii, XI. Anno 1607.

Maximilianus.

Locus Sigilli.

TESTIMONIVM AMPLISſimi Senatus Monachienſis.

WIr Burgermeiſter/ vnnd Rath der Fürſtlichen Hauptſtatt München in Bayern/ Entbieten allen vnd jeden/ so dieſe gegenwertige Schrifft vnd Zeugnüs werden ſehen/ leſen oder hören leſen/ was Würden/ Standts vnnd Namens ſie

 ſeyn/

seyn/ vnser gebürende willige Dienste/ auch freundlichen Gruß zuvor. Bekennen auch/ vnd thun kundt offentlich/ gegen männiglich/ daß den 6. Junij jüngsthin/ als Wir in offentlichem Rathe bey einander versamlet waren/ vns vorkommen vnd verlesen worden drey vnterschiedliche/ die erste vnter Johan Lantzenbergers zu Nürnberg/ die ander vnter Valentin Schönigks zu Augspurg/ beyder Buchtrucker Namen/ die dritte aber/ als zu Lawingen/ vnd alle drey diß lauffende 1607. Jahr getruckte/ falsche/ vnwahrhaffte Famoß vnd Lästerlieder/ die gleichwol als ein offenbare Vnwarheit/ weder in der Zeit/ Orth/ Namen/ vnd gantzen falschen Gedicht/ nicht zu samen stimmen/ doch des hauptsächlichen Inhalts seyn/ als solten etliche Vätter der löblichen Societät Jesu jhres allhie eignen Collegij etliche ehrliche Jungkfrawen vmb jhre Ehr gebracht/ aus denen auch eines Burgers Tochter/ deren Vatter Philip Stahl (dergleichen Namen wir doch weder in vnserer gantzen Burgerschafft/ vnd noch viel weniger vnter den Gastgebern/ nicht wissen) heissen/ vnd ein Gastgeb/ der Jungkfrawen Namen aber/ laut des einen Famoß Lieds/ Elisabetha/ oder nach Inhalt des andern/ Christina seyn sol/ geschwän-

schwängert / hernach im Monat Januario dieses Jahrs in jhrer Kirchen / bey Nächtlicher Zeit / ermordet / vnd hinder den Altar vergraben haben / Als auch Wir die That durch einen Botten / so in der Kirchen were entschlaffen gewesen / in Erfahrung gebracht / darzu auch den Augenschein des Grabs selbst eingenommen / vnd solche erschröckliche Mordthat befunden / hetten Wir fünff Vätter obgedachter Societät zu Verhafft gebracht / solche folgends offentlich mit glüenden Zangen reissen / jhnen Riemen aus jhrem Leib schneiden / vnd sie endlich mit dem Rad vom Leben zum Tode richten lassen / alles mehrern Inhalts solcher lästerlicher Reimen / vnd Famoßliedern. Wann aber solche Lästerlieder / eines so wol als das ander / ein offentlicher falsch / Vnwarheit / vnd Lügengedicht / vnd von niergend anders / dann aus einem boßhafftigen / teuffelischen Lügen vnd Lastergeist hergeflossen / Als haben Wir solche schändliche / vnwarhaffte / in Keyserlichen / vnd des heiligen Römischen Reichs Constitutionen hochverbottene sträffliche Lästerlieder / vnd Famoßschrifften / von welchen Wir zuuor das wenigste nicht gehört / vnd zwar vmb so viel destomehrer mit hoher verwunderung vernommen / weil diß alles

nicht allein ein offendliche wissendliche Landlügen/ sondern Vns vnd mennigklich in vnser Statt/ vnd löblichen Burgerschafft/ wie auch allen den jenigen/ was Nation vnd Religion sie seyen/ die sich ein zeitlang hie auffgehaltẽ/ kundbar vnd bewust ist/ welcher massen die Ehrwürdigen Vätter der löblichen Societät JEsu/ nunmehr viel Jahr hero allhie einen erbarn / frommen/ auffrechten/ züchtigen/ Gottsförchtigen vñ vnsträfflichen Priesterlichen Wandel geführet/ nicht allein Vns / vnser Burgerschafft/ vnd deren zugewohnten / sondern auch andern allhie wohnenden / hohen vnnd niedern Stands Personen/ mit haltung fleissigen Gottesdiensts / predigen der wahren/ vnuerfälschten/ Christlichen/ Catholischen Lehr vnnd reinen Worts GOttes/ Beicht hörn/ Kinderlehr/ Vnterweisung vnd Lehrnung der lieben Jugendt in den Schulen / viel guts erwiesen/ vnd noch täglich erweisen/ auch den Krancken/ vnd in Todsnöthen ligenden Personen / so Nachts / als bey Tage trewlich vnd vätterlich beyspringen / alle mügliche Hülff erweisen/ vnd in allem durchaus also verhalten/ daß sie nicht allein vnserm gnädigsten Landsfürsten vnd Herrn / vnd andern hohen Stands Personen/ sondern auch Vns/

vnd

vnd vnser gemeinen löblichen Burger- schafft bißhero lieb vnd angenem gewe- sen / vnd noch fürterhin seyn / vnd blei- ben / vnd sich jhrer ein löbliche Burger- schafft billich erfrewen soll.

Ob nun wol Wir vns die Gedancken nicht machen kundten / daß jemand ver- ständiger / so die liebe Warheit von der Lügen vnd Vnwarheit weiß zu vnter- scheiden / solchen falschen vnwarhafften Gedichten vnd Lästerliedern werde eini gen Glauben geben / so haben wir doch erwogen die Einfalt vieler Christen- menschen vnter dem gemeinen Mann / die etwann solche Lästerschrifften nicht gnugsam erwegen vnd probieren kön- nen / sondern aus Vnuerstand der glei- chen falschen vnwahrhafften Zulagen glauben geben / dieselbige nicht vor ein boßhafftiger weiß erdichte / sonder ein wahre Geschicht halten / solche noch weiter außbreiten / vnd als selbst ver- führte / andere noch darzu verführen möchten.

Derowegen haben Wir zu Schutz vnd Schirm der lieben Warheit / vnd Auffhebung der Ergernüs / so etwan die einfältigen vnd leichtglaubigen aus ge- dachten Lästerliedern möchten geschöpfft haben / nicht vnterlassen können noch sollen / diesen vnsern warhafften Bericht

vnd Zeugnüs in offenen Truck zu geben/ vnd menniglich zu publicieren. Bezeugen demnach bey vnsern wahren Worten/ Trawen vnd Glauben/ vnd so lieb vns ist ein Warheit zu reden vñ zuschreiben/ daß obgedachte drey Lästerlieder in allem jhrem Inhalt / durchaus anders nichts/ denn ein offentliche/ wissendliche falsche Diffamation vnd Landlügen/ darinnen der wenigste Buchstab nit wahr/ auch sich dergleichen Geschicht/ weder auff den einen oder andern Weg / allhie niemals zugetragen/ vnd begeben/ auch dauon das wenigste Geschrey / Anzeig/ oder Argwohn gewesen/ also den Herrn Vättern der mehrermelten löblichen Societät Jesu mit solcher Diffamation vnd Lästerliedern / auch Vns/ als solten wir solche allerdings vnschuldige Geistliche Personẽ mit so schmählicher Marter vnd Todt hingerichtet haben/ wider GOtt/ Ehr vnd Billichkeit/ Gewalt vnd Vnrecht beschehe/ vnd Wir sie/ vnd vns dieser vnd dergleichen vnuerschämbten angedichten Bezüchtigungen frey vnd vnschuldig wissen. Alle vnd jede/ hohe vnd nidere Obrigkeiten nach jedes Würden vnd Standt/ bestes fleiß bittende vnd ersuchende/ sie geruhen nicht allein in jhren Gebieten/ Jurisdiction vnd Gerichtszwängen solche falsche Lästerlieder/

der vñ Famoßgedicht gäntzlich abzustellē vnd zu verbieten / sondern auch gegen den Diffamanten / da sie betretten / nach Inhalt vnd Außweisung der Keiserlichen / vnnd des Heiligen Römischen Reichs Constitutionen vnd Satzungen / gebürende Straff vnd Einsehens fürzunemen. Das begeren vmb dieselbigen in gleichen vnd andern Fällen Wir hinwider alles Fleisses zu verdienen vnd zu verschulden. Dessen alles zu wahrem Vrkundt / haben Wir diese Schrifft in offnen Truck außgehen lassen / auch zu noch mehrerm Glauben etliche viel *Exemplaria* mit Vnser vnnd gemeiner Statt Insigel verfertiget. Geben zu obgemeldten München / den zwölfften Junij / nach CHRISTI vnsers lieben HErrn Geburt / im Ein tausendt / sechs hundert vnd siebenden Jahre.

TESTIMONIVM AMPLISSIMI SENATUS Monachiensis.

NOs Consules & Senatus Ducalis Metropolis Monachii in Bauaria, omnibus &

bus & singulis, cuiuscunque status & nominis, præsentes literas & testimonium visuris, lecturis, aut legi audituris, prompta nostra obsequia, & cum beneuolentia salutem. Fatemur etiam & propalam protestamur coram omnibus, proximo die sexto Iunii, coacto in vnum vniuerso Senatu, tres diuersas, falsas, mendaces, famosas, contumeliosas cantiones, omnes hoc anno 1607. impressas, primam Norimbergæ à Ioanne Lantzenberger typographo; alteram Augustæ Vindelicorum, à Valentino Schönigk typographo; tertiam Lawingæ, vt tituli præferebant, oblatas & perlectas esse.

Earum, quamuis vt manifestè mendaces, nec in tempore, loco, nominibus, nec totius calumniæ narratione consentirent, caput & summa hæc erat: Quosdam Patres laudabilis Societatis Iesu huius Collegii, honestis aliquot virginibus stuprum obtulisse, inter eas & filiam Philippi Stahel ciuis Monachiensis & hospitis, (quod nomen tamen ciuium nostrorum nec hospitum vllus habet) violasse. Hanc etiam famosus libellus vnus Elisabethã, alter Christinam appellat. Illam deinde in Ianuario in templo trucidasse, post altare sepeliuisse, Nos indicio Tabellarii, qui in templo obdormierit, facinus deprehendisse, sepul-

chrum

chrum inſpexiſſe, & crudeliſsima cæde cognita, quinque prædictorum Patrum in vincula coniecisse, deinde candentibus forcipibus diſcerpi, loca è corporibus eorum exſcindi, denique in rotam agi mandaſſe, atq; hæc ſumma probroſorum rythmorum famoſorumque carminum.

Cùm verò famoſæ illæ cantilenæ omnes & ſingulæ manifeſtè falſas & confictas calumnias contineant, nec aliundè, quàm maligno, diabolico, mendace & calumniatorio ſpiritu profectæ ſint, Nos eiuſmodi probroſas & mendaces, vtpote Cæſareis legibus, & Imperii conſtitutionibus grauiſsimè prohibitas, ſummo ſupplicio dignas, infames cantilenas, & famoſos libellos, de quibus ante ne minimus quidam rumor ad Nos peruenerat, ſanè maxima admiratione legimus, non modò quia manifeſtiſsimam & omnibus notiſsimam impoſturam continebant; Verùm quia Nobis, omnibus Vrbis noſtræ inquilinis, & honeſtis ciuibus, quemadmodum & cæteris, cuiuſcunque nationis ac religionis ſint, qui aliquamdiu vrbem noſtram incoluerunt, notum perſpectumque eſt; Reuerendos Patres laudabilis Societatis IESV iam multos annos hîc honeſtam, probam, ſynceram, modeſtam, Dei timentem, & irreprehenſibilem, quæ Sacerdotes deceat,

vitam

vitam egiſſe, nec modò nobis, ciuibus noſtris, eorumque domeſticis, verum etiam aliis ſummis, infimisque hîc commorantibus, diuini cultus aſsiduo exercitio, veræ, ſynceræ, Chriſtianæ, Catholicæ doctrinæ, & puri Verbi Dei prædicatione, audiendis confeſsionibus, Catecheſi tradenda, inſtituenda, docendaque in ſcholis ingenua iuuentute, multa beneficia præſtitiſſe, & præſtare: quin etiam infirmis, & cum extrema morte luctantibus, interdiu noctuque fideliter, paterneque aſsiſtunt, & pro viribus opitulantur, atque in omnibus prorſus ita ſe gerunt, vt non modò clementiſsimo Duci ac Domino noſtro, aliisque ſummis infimisque, ſed nobis etiam, communitati noſtræ, honeſtiſſimis ciuibus, huc vſque cari acceptique fuerint, & porrò ſint, maneantque, de quibus meritò ſibi laudata reſpublica noſtra gratulatur.

Quanquam autem adduci non poſſumus, vt ſuſpicemur, vllum prudentem, quique eo ſit iudicio, vt veri falſique diſcrimina norit, tam falſis & mendacibus figmentis, famoſisque libellis fidem habiturum, conſiderata tamen multorum è plebe Chriſtiana ſimplicitate, huiuſmodi famoſa ſcripta non ſatis perpendere & probare valentium, & imprudenter falſis, men-

ſis, mendacibusq́ue criminationibus credentium, nec eas malitioſè confictas, ſed reipſa geſtas arbitrantium, latiuſq́ue audita vulgantium, & ſuo errore cæteros trahere ſolitorum, non potuimus, nec debuimus intermittere, ad defendendam tuendamq́; cariſsimam nobis veritatem, ſcandala remouenda, quod ſimplices & credere faciles, haurire ex famoſis cantilenis potuerunt, quin hanc noſtram veriſsimam teſtificationem typis excuderemus, & omnibus publicaremus.

Teſtamur itaque ex animi noſtri ſententia, ex fidelitate & fide, eaq́ue quæ in dictis ſcriptisq́ue cordi eſt nobis veritate, tres prædictas cantilenas, tota narratione nihil aliud omnino, quàm manifeſtam, planeq́ue perſpectam, falſam diffamationem & impoſturam eſſe, in quibus ne vnus quidem apex mendacio vacet, neque hæc vllo prorſus modo, vllo tempore hîc geſta eſſe, nec eorum vnquam minimum rumorem, indicium, ſuſpicionem fuiſſe. Idcirco & Dominos Patres laudabilis Societatis IESV, & nos, tanquam, qui in perſonas planè inſontes, & Eccleſiaſticas tam ignominioſi ſupplicii & mortis exempla ſtatuerimus, illa diffamatio, & probroſum carmen contra DEI mandatum, honeſtatem, æquitatem, violen-

ter &

ter & iniuriosè insimulat. Scimus verò & illos, & nos harum, & his similium impudenter confictarum calumniarum liberos & innocentes esse.

Omnes insuper magistratus, tum supremos, tum subordinatos, pro sua quemque dignitate, & statu, maximo opere obsecramus & postulamus, vt ex suo imperio & iurisdictione, territorio, non modò mendacia & famosa figmenta tollant, vetentque; sed etiam ipsis calumniatoribus, vbi deprehensi fuerint, ex mente & præscripto Cæsarearum, & sacri Romani Imperii constitutionum debitas pœnas instituta cognitione decernant, Nos vicissim in similibus, & aliis casibus, de ipsis bene mereri, eademque præstare conabimur. In huius rei verum testimonium, hoc scriptum, publicè inprimi curauimus, atque etiam ad pleniorem fidem faciendam aliquot exemplaria publico Ciuitatis nostræ sigillo muniri curauimus. Datum Monachii 12. Iunii, Anno à Christi Domini nostri natiuitate 1607.

Quale, mi Frater, serenissimi Principis, amplissimi Senatus, de illo scurra iudicium fore censes, an grauius crimen esse calumniatoris, quàm eo conuicto & damnato calumniarum approbatoris? Certè fratres nostri Lutheriani, Norimbergenses dicent,

cent, quod olim dicebant Heidelbergenſes, cùm eos ſolùm vertere iuberemus: Damit aber die Heidelbergiſche Calviniſten ſich an Tag / vnd zu erkennen geben / daß ſie rechtſchaffene Calviniſten ſeyen / vnd nicht aus der Art ſchlagen / ſondern die farb gar gut halten / das iſt / öffentlich vnuerſchämpte Calumniatores vt Sycophantæ ſeyen / ꝛc. Eſt ergo hic character & infallibilis teſſera τȣ͂ γνησίȣ Caluiniſtæ, & ab eo qui διάβολος dicitur, nihil degenerans natura, palàm, impudenter calumniari, vt docent fratres noſtri. Quanquam nec illi omnes fratribus diſsimiles ſunt, vt probat ampliſsimorum conſulum, Iudicum, Senatus Græcienſis teſtimonium.

TESTIMONIUM AMpliſsimi Senatus Græcienſis.

WIr Burgermeiſter / Richter vnd Rath der Fürſtl. Hauptſtat Grätz in Steyrmarck / ꝛc. Entbieten allen vnd jeden / denen dieſe vnſere gegenwertige Gezeugnüs zu vernemen fürbracht wird / oder die es ſelbſten leſen möchten / was Würden / Stan-

des vnd Namens sie seynd / Vnser gebürliche willige Dienste / auch freundtlichen Gruß zuuor / Vnd geben denenselben hiermit zu vernemen / daß nachdem Wir in offentlichem Rath bey einander versamblet / Vns fürkommen vnd verlesen worden eine / zu Dreßden / durch Hieronymum Schützen / im verflossenen 1603. Jahr getruckte / vnd von einem Sectischen Predicanten / Paulo Odontio / welcher Anno 1602 seines gegen der Fürstlichen Durchleucht. vnserm gnädigsten Herrn vnd Landtsfürsten / in viel Weg gebrauchten Vngehorsambs halbe / allhier gefangen gelegen / wider etliche Herren Patres der löblichen Societät Jesu allhilgen Fürstlichen Collegii / außgehende historische Erzehlung / im Grundt aber ein falsch vnwahrhafftes Famoß vnd Lästerliebel / dessen Inhallt fürnemblich in dreyen Puncten bestehet / Als erstlichen / welcher massen er gefänglich eingezogen. Item / wie Christlich vnd sanfftmütig er zur Bekehrung angemahnet. Drittens / wie er vmb seiner Mißhandelung willen / ad Triremes were verurtheilt worden In welchem Libell er vnzehlich viel grober vnnd offenbahrer Landtlügen / sonderlich dieses / eingeführet hat / daß nemlich in seines Predicanten wehrender

der Verhafftung / sich etliche Patres der Societät JEsu für Henckersbuben gebrauchen lassen / vnnd in der Gefängnůs die Tortur gegen jhme Predicanten fürnemen wöllen.

Ferner / daß der Herr Pater Scherer in der jenigen Custody zu Hoff / darinn er Predicant verhafft gelegen / eines vermeyndten Verbrechens willen / auch Tag vnd Nacht schwitzen můssen / was auch dergleichen erdichte vnwahrwahrhaffte vnd lästerliche Anzüg mehr seynd.

Wann aber solche Lästerschrifft vnd Calumnien / eins so wol als das ander / ein offentlicher Falsch / Vnwarheit / vnd Lůgenwerck / vnd von nirgends anders / dann aus einem mit dem Teuffel besessenen Menschen / welcher von Anfang ein Vatter aller Lůgen / genennet wird / entsprungen.

Also haben Wir zu Rettung der Christlichen Warheit / auch zu Defendierung der Ehrwůrdigen Societät Jesu / jhres wolhergebrachten Namens / vnd erspartten ehrlichen Lobs / in Erwegung / daß nicht allein von diesen vnartigen / vnd denen hochgelehrten vnnd Gottseligen Herrn Patribus im wenigsten vnd geringsten nicht zu vergleichen /

vngeschickten Predicanten / sondern auch anderer Orthen / von seines gleichen selbst erwachsenen Clamanten/ diese ansehenliche Societät gar vnbillich angegriffen / vñ dermassen vnverdienter weiß geschändet worden/ daß sie allemiteinander das wenigste / so sie wider dieselbe außgegossen / zu beweisen haben/ wahr seyn bekennen/ vnd menniglichen zu kundt thun müssen/ daß sölche Ehr abschneider/ vnd jhres Nechsten guten Namens Verleumbder / vermög der Bäpstlichen vnnd Keyserlichen Satzung/ Ordnuug vnd Constitution / in deroselben Acht vnd Bann gefallen / auch vor menniglichen/ so wol der Geistlichen als weltlichen Gericht / offentlich censuriret vnd bestrafft werden können/ Wir sagen auch bey vnsern guten Ehren vnd Ehrliebhabenden Gewissen / vnd thun solches hiemit in Krafft dessen wissendlichen / daß wir zuuor dergleichen Geschicht / die Herrn Patres betreffend / in vnserer Fürstlichen Hauptstatt Grätz niemal nichts gehöret / oder verdächtlichs fürkommen/ wie dann er/ Predicant/ als er in vnserm Rathhaus gelegen/ solches nicht verschwigen/ sondern zu seinem Behelff offentlich angedeutet haben würde. Sintemalen bekandtlich/ ... n dergleichen criminalibus causis ad

pœna-

poenarum supplementum, nichts verschwigen bleibt So seynd ja die Herrn Patres vber alle vnsere wahrhaffte Bekandtnüs / viel mehr Ehr vnd Titul würdig / als daß sie von vns / als vnsere getrewe Geistliche Seelsorger / vnd vnverdrossene Arbeiter in dem Weingarten des HErrn mögen beschrieben werden / da sie nicht allein vnsere Statt vnd gantze gemeine Burgerschafft mit der allein seligmachenden Catholischen Religion erleuchten / sondern der gantzen Teutschen Nation mit allẽ freyen Künsten / guten Exempeln / vnd erbarem auffrechtem Wandel / also ersprießlich vorgangen / daß durch jhren stetten Fleiß / Mühe vnd Arbeit viel ansehenlicher gelehrter Leuth worden / welche dem gemeinen Nutz / mit sonderbarer männlicher Satisfaction, so wol in Geistlichen als Weltlichen Regimenten / GOtt vnd seiner Kirchen zu sonderbahrem Lob / vnd der gantzen Christlichen Gemein augenscheinlichen Aufferbawung fürstehen / dahero sie dann billich von allen Nationen respectiret / vnd von vnserm gnädigen Herrn vnd Landsfürsten / auch andern ansehenlichen Fürsten vnd Potentaten geehret / celebriret vnd commendieret werden / wie auch Wir / vnd ein löbliche Burgerschafft sie für vnsere

Lehrvätter vnd Zuchtmeister / rechtmässig erkennen. Er Pater Scherer ist zwar da zumalen Ihr Fürstl. Durchleucht. Ertzhertzogen Ferdinandi zu Oesterreich / ꝛc. Hoffprediger gewesen / den Krancken / vnd in Todsnöthen ligenden / so wol auch den gefangenen Personen / bey Tag vnd Nachtszeiten alle mügliche Hülff erwiesen / wie Vns dessen vnd männiglichen wol bewust / so wol der andern Herrn Patrum der Societät JEsu / Leben vnd Wandel / so wol anjtzo / als zuuor lange Jahr bekanndt / niemals aber dergleichen Schmachreden vnd Inzüchten von irgends einem ehrliebhabenden Mann gehört oder suspicirt worden.

Dahero der Durchleuchtigste Fürst vnd Herr / Herr Maximilian Pfaltzgrave bey Rhein / Hertzog in Obern vnd Nidern Beyern / ꝛc. eben vmb dergleichen falsch angelegten Inzüchten / vnd vber die Herrn Patres außspargierte Lügengedicht / mit einem Fürstlichen offenen Patent sie im Grundt vnd mit der Warheit wider die Klaffmäuler geschützet vnnd verthätiget hat. Darumben daß das Ketzergeschmeiß anders sich nicht an diesen gelehrten / exemplarischen / vnd der gantzen breitten Welt wolbekannten Geistlichen Männern / weiß

weiß zu rechen / als daß sie jhnen alles vbels vnd vnbilliches / von wegen jhres grossen Eiffers vnd Tapfferkeit / so sie in Fortpflantzung der Catholischen Religion / vnd Refutierung jhrer falschen vnd ketzerischen Irrthummen / erweisen / aufftragen / von dessen wegen sie einen ewigen Lob haben / vnd werden mit nichten von solchen Fledder- [illegible]ussen / die sich allein in den Sch[illegible] [illegible]winckelen / vnd bey der Nacht aufft[illegible]en / interturbieret.

Nicht weniger kommet Vns verwunderlich für / daß ein Hirnlosser Mensch / er habe Namen wie er wölle / von der leydigen beschehenen Wienischen Fewerbrunst / in welcher der Herren Patrum Societatis Iesu daselbsten erbawtes Collegium im Rauch auffgangen / wider alle menschliche Vernunfft auff die Bahn gebracht / vnd in solchem falschen Wahn zu einem Behelff vnseren hieigen Herrn Statrichter / den Edlen vnd vesten Herrn Wolffen Grasser außgeschryen / als wann dieser beschehenen brunst Particularität er von Grätz auß / einem zu Augspurg zugeschickt haben solte / welche Particularität also lautet: Wegen des Fewers / so in Wien in der Jesuiter Collegio außkommen / habe ich bey hieigem Statrichter zu Grätz ein

Particularität / so mir von Wien geschickt worden / gelesen / nemlich / daß sie am Sontag Quasimodogeniti ein Procession gehalten / nach demselben haben sie den Hunnium vnd Gretserum introduciert / vnd ein Postcolloquium instituirt. Als endlichen Hunnius von dem Gretsero vberwunden worden / haben sie jhn zum Fewer condemnirt / vnd im Saal sein Effigiem gestellet / welches zum verbrennen præparieret gewesen / haben sie Raketlein lassen anzünden / vnd daraus schiessen. In dem sie nun mit dem Hunnio vmbgehen / vnd aus Frolocken jubilieren / vnd das Te Deum laudamus singen / schickt es GOtt wunderbarlich / daß ein Raketlein in ein Zimmer kommen / darinn sie jhre Proviant / als Speck / Schmaltz / Oel / vnd dergleichen Sachen gehabt / kommen ist / hebt es an zubrennen / vnd kommet das Fewer allernechst darbey in ein Gewölb / darinnen sie / wie man sagt / in die Zwölff Tonnen Puluer gehabt / vor dem Thurn / vnd an das Gebäwwerck / vnd zündet das gantz Collegium an / daß jhr Bibliotheca sampt jhren Priuilegiis gantz verbrunnen / Vnd wie sie selbst / die Jesuiter / diesen Schaden / vber die Zwölff Tonnen Goldts schätzen thun. Wann dem also / so ist es ein augenscheinliche

Straff

Straff GOTtes. So weit diese Particularität.

Hierüber der Ehrwürdige Herr Pater Ferdinandus Alberus, der Zeit Rector zu Wien / vns mit einem Lateinischen Schreiben gebetten vnd ersucht / von gemeltem vnserm Herrn Stattrichter / bey seinem Gewissen zu fragen / ob er sich solcher Particularität zu erinnern hab / Welchem nicht vnzimblichen Begeren Wir statt gethan / darüber er mehrgedachter Stattrichter in gantzem versambleten Rath bey seinem Gewissen / sub Iuramento außgesagt vnd deponirt / daß jhme ein solche Particularität niemaln zukommen / hab auch von keinem einigen Menschen dergleichen / wie vnd was Gestallt diese Brunst außkommen / gehöret.

Nun ist / vermög eines Ersamen Magistrats zu Wien Warheit / Zeugnüs / vnd Kundschafft / eines so schand- vnd lästerlicheu Gedichts / dessen nicht allein in Wien keine Andeutung / noch Gedächtnüs / sondern so gar auch von solcher angestellten Procession / vnd beschehenem Colloquio, niemalen einigen Ruff noch Reden gehört oder außkommen / in massen auch dergleichen Vorstellung des Hunnij oder Gretseri / we-

der zu Wien noch anderstwo im wenigsten nie attentiert/ noch zum Werck gezogen worden.

Dieses haben Wir also hiermit zu Schutz der Warheit/ vnd Stürtzung der außgesprengten Lügen von Paulo Odontio / als von der erlidtenen Fewerbrunst in Wien / wie sonders auch zu Anzeigung eines danckbaren vnd allzeit wolgeneigten Gemüths gegen allen/ vnd jeden der Societät JEsu zugethanen Herren vnd Priestern / so sie vmb vns gar wol / vnd anderstwo vielfältig verdienet / mit diesem Vnserem offenen Brieff vnd Gezeugnüs/ sollen vnd wöllen gegen männiglichen vrkundten vnd bezeugen / neben fürgetrucktem Vnserm grossen Statt Sigill. Geschehen in der Fürstlichen Hauptstatt Grätz in der Steyermarck / den acht vnd zwäntzigsten Tag Augusti / Im Ein tausenden sechs hundert / vnd siebenden Jahre.

TESTI-

TESTIMONIVM Amplißimi Senatus Græciensis.

NOs Consules, Iudices, & Senatus, Ducalis Metropolis Græcii in Styria &c. omnibus & singulis præsentis Testimonii literas accepturis, aut lecturis, cuiuscunq; dignitatis, status, nominis illi sint, debita nostra obsequia, & plurimam salutem. omnibus per has denuntiamus: Congregato vniuerso Senatui oblatam esse, & perlectam, titulo quidem historicam narrationem, reuera falsum, mendacem, probrosum, famosum libellum, Dresdæ, ab Hieronymo Schutzen, anno 1603. impressum, à Paulo Odontio Prædicante, qui anno 1602. ob suam multis modis contra Serenissimum Principem, clementissimum Dominum, ac Ducem nostrum, exercitam cōtumaciam, hîc in vincula coniectus fuit, contra quosdam Patrum Societatis IESV huius Ducalis Collegii editam. Summa narrationis tres partes præcipuè continet. Prima, qua ratione sit in carcerem ductus. Secunda, quàm Christianè & mansuetè sit de conuersione commonitus. Tertia, q̄ ob facinora sit ad triremes damnatus. Quem libellum innumeris, crassis mani-

manifeſtis impoſturis refercit: præſertim verò quòd quoſdam Patres ſocietatis Ieſu, dum ipſe in cuſtodia teneretur, ait, operam ſuam carnifici præſtitiſſe, & in carcere q̃ſtiones ipſos exercere conatos. Deinde Dominum Patrem Scherer in eadem cuſtodia aulæ, ſecum ob ſuſpicionem criminis cuiuſdam detentum, noctes & dies ſudare neceſſe habuiſſe, aliasque huius generis fictas, mendaces, calumnioſas criminationes adiunxit. Cùm verò probroſa illa ſcripta & calumniæ, trium iſtarum partium, vtpote falſitates, mendacia, pſeudologiæ, non alio, quàm ex homine à malo Dœmone, qui pater omnium mendaciorum eſt vocatus ab initio, poſſeſſo, ſcaturiant; Fateri & coram omnibus teſtificari debemus, eiuſmodi calumniatores, quiq; ſic famam proximi lædunt, iure Pontificiarum, & Imperatoriarum legum, ordinationum, conſtitutionum, vtriuſque Magiſtratus proſcriptionem & bannum incurriſſe, ac poſſe omnibus in Tribunalibus Eccleſiaſticis & ciuilibus cenſuris & pœnis conſtringi: neceſſariam eſſe hanc teſtificationem vindicandæ Chriſtianæ veritatis, defendendæ reuerendæ Societatis Ieſu, ejus, quæ ex meritò eſt, famæ, & debitæ factis, honeſtæ laudi tuendæ, cenſuimus. Conſiderantes nõ modò ab hoc de-

genere,

genere, nec vlla in re doctiſsimis & piis Patribus comparando, imperitò Prædicante; verùm etiam ab aliorum locorùm, à ſibi ſimilibus exortis clamantibus, ſpectabilem Societatem iniquiſsimè traduci, & immeritò diffamari, ita tamē, vt minimum quod contra eam effuderunt, nondum probarint. Teſtificamur etiam in fide, & in conſcientia noſtra honeſtatis amante; & omnibus vi harum literarum denuntiamus. Nos ante hac ſimile quippiam, quod ad Dominos Patres pertineret, in noſtra Ducali Metropoli Græcio, nihil vnquam inaudiſſe, nullam vnquam ſuſpicionem fuiſſe, & ipſe Prædicans, cùm in Curia noſtra in vinculis teneretur, nunquam id tacuiſſet, verùm in rem ſuam aperuiſſet, quemadmodum notum eſt in talibus criminalibus cauſis, ad pœnarum ſupplementum nihil taceri.

Sunt nihilominus Domini Patres, ſupra verum teſtimonium noſtrum, multò maiore honore, tituloque digni, quàm vt à nobis, vt qui fideles, animarum noſtrarum ſpiritales curatores, & indefeſsi operarii in vinea Domini ſint, commendari debeant: cùm non modò ciuitatem noſtram & totam Rempublicam ſola ſaluifica Catholica religione illuſtrent, verùm toti Germanicæ nationi, artibus liberalibus,

bonis

bonis exemplis, honeſtâ, ſynceraque conuerſatione ita vtiliter præluceant, vt eorum induſtria, ſudore, labore plurimi inſigniter docti euaſerint, qui publicis cõmodis ſingulari omnium approbatione, tam in Eccleſiaſtico quàm politicô regimine, ad peculiarem Dei & Eccleſiæ gloriam, & vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ notiſſimam ædificationem, præſunt. Qua de cauſa meritò omnes eos nationes ſuſpiciunt, & cùm à noſtro clementiſſimo Domino ac Principe, tum aliis eminentiſsimis Ducibus & Principibus honorantur, celebrãtur, commendantur: Quin & nos totaque noſtra laudabilis reſpublica eos pro nutriciis & inſtructoribus noſtris optimo iure agnoſcimus. Fuit quidem Pater Scherer ea tempeſtate sereniſſimi Ferdinandi Archiducis Auſtriæ, &c. concionator aulicus, qui ægris & moribundis, atque etiam captiuis, diu noctuque pro virili opem tulit, quòd omnes bene perſpectam habemus, vt reliquorũ etiam Dominorum Societatis Ieſu vita, conuerſatioque iam olim à multis annis cognita eſt; nunquam autem huiuſmodi calumniæ criminationesq; ab vllo honeſtatis amante auditæ fuêre, aut motæ ſuſpiciones.

Quamobrem etiam Sereniſſimus Princeps & Dominus, Dominus Maximilianus

comes

comes Palatinus Rheni, ſuperioris & inferioris Bauariæ Dux, eoſdem, propter ſimiles falſas cōmentitias calumnias, & de Patribus ſparſos famoſos libellos, ducali patente diplomate, reipſa & veritate, contra omnes detractores tuitus eſt & defendit. Ea ſcil. cauſa, quod hęreticorum proluuies, alia ratione doctis illis, bono exemplo viuentibus, & vniuerſo orbi perſpectis, Eccleſiaſticis viris aliter nocere non poteſt, quàm vt ꝓpter eorum zelum magnum & conſtantiam, quam in propaganda Catholica religione, refutatione hæreſeôn & errorum demonſtrant, omni flagitii & ſceleris genere eos infamare laborent. Vnde tamen ipſis æterna gloria cōtinget, nec vllo modo ab hiſce veſpertilionibus, in angulis, & noctu graſſantibus, interturbabuntur.

Neq; minus miramur, fanatici hominis & anonymi de triſti Viennenſis Collegii incendio, abſq; vlla ratione figmentum, cui vt fidem faceret, nobilis & ſtrenui Domini, VVolffgangi Graſſer, Iudicis in vrbe noſtra, nomine abuſus eſt, quaſi is incendii dicti circumſtantias, Græcio cuidam Auguſtano miſerit. Exemplar ſcripti tale eſt; De incendio, quo Viennæ Ieſuitarum Collegium conflagrauit, hîc apud Iudicem Græcienſem, Viennâ mihi miſſam, legi cum adiunctis circūſtantiis hiſto-

riam;

riam; nempe, eos Dominica Quaſi modo geniti, proceſsionem celebraſſe, poſt eam Hunnium & Gretſerum in ſcenam pòſt colloquio inſtituto produxiſſe: Tandem Hunnium victum, rogo adiudicatum, eius effigiei flammis concipiendis præparatæ, & in aula ſtatutæ, ignes miſsiles inieciſſe. quibus in hunc modum Hunnium tractãtibus, lætitia geſtientibus, & Te Deum laudamus canentibus, ſingulari Numinis prouidentia, malleolorum vnum in Apothecam, qua commeatus, lardum, adeps, oleum, ſimiliaq; condebantur, delatum; his incenſis, flammam denique in concameratum conclaue, contiguum ædificio, pro turri ſitũ, quo, vt ferebatur, duodecim vaſa pulueris continebantur, incidiſſe, atq; eo modo totum Collegium in cineres verſum, Bibliothecam cum Priuilegiis exuſtam. Ieſuitas verò ipſos damnum æſtimare duodecies centenis millibus aureorum; quod ſi ita eſt, manifeſta eſt vltio Dei. Ita hiſtoria & circumſtantiæ.

Hac ſuper re Reuerendus Dominus Pater Ferdinandus Alberus, eo tempore Rector Viennenſis, nos Latinè ſcriptis literis admodum rogauit, vt iudicem Vrbis noſtræ ſub atteſtatione conſcientiæ interrogaremus, vtrum eius hiſtoriæ meminerit; Nos æquitati petitionis acquieuimus, &

Dominus

Dominus Iudex coram vniuerſo congregato Senatu ſub ea atteſtatione, & ſub iuramento teſtificatus eſt, & depoſuit, hiſtoriam nunquam ſibi viſam, à nullo ſe vnquam homine, modum cauſamque incendii audiuiſſe.

Conſtat autem, ampliſsimi Magiſtratus Viennenſis, vero teſtimonio & declaratione, probroſum & famoſum figmentum eſſe, cuius non modò Viennæ nullum ſit indicium aut memoria, ſed ne de proceſſione quidem, aut colloquio inſtituto, vllus vnquam rumor aut ſermones fuerint. Quemadmodum productio Hunnii & Gretſeri, nec Viennæ, nec vſpiam tentata, vel facta eſt.

Hæc ita habere, volumus & debemus ad tuendam veritatē & deſtructionem mendaciorum, tam à Paulo Odontio, quam de incendio Viennenſi, ſparſorum; ad ſignificationem etiam gratæ, & erga omnes & ſingulos Societatis Ieſu Dominos & Patres, de nobis multis modis benemeritos, propenſæ voluntatis, coram omnibus profiteri & teſtificari hiſce patentibus literis, quibus ſigillum magnum noſtræ ciuitatis appreſsimus. Datum in Ducali Metropoli Græcio in Styria, 28. Auguſti anno 1607.

Locus Sigilli.

Europæ partem Antichristianorum nomine infamantis?

1. (In Apoc. 13. 2.) *Decicornis bestia est imperium vel Imperator, bicornis ergo Papa vel Papatus.* 2. Graseri stupor. *Hæc bestia est hypocritica: Papa est hypocrita: Ergo hæc bestia est Papa*: perinde ac si Becanus diceret, Graserus mulget hircum, VVaserus supponit cribrum; ergo Batauus delirat. 3. Primam bestiam esse Imperium, vnde probamus? an vestri Principes membra sunt eius bestiæ? Deinde nequior est prior bestia quàm altera (Apocal. 13. 14.) primæ bestiæ nomen est, numerus, character: Illa adoratur, eodem ergo iure, quo secundæ bestiæ licitum est conuitiari, hoc est, Papæ, Cardinalibus, Episcopis, vtendum est contra primam bestiam, decuplo secunda nequiorem; nam secunda priori ancillatur. Eadem ergo Imperatori, Electoribus, Vasallis sacratissimi Imperii, à nostris imminent. 4. Vnde verò nouit, duo cornua esse potestatem spiritalem & temporalem Papæ? cur non & Regis nostri, & Principum, qui idem iuris vsurpant?

Caluinistis licitum est Imperio conuitiari.

Tertiò. Bestiæ secundæ notæ omnes Papæ repugnant. Nam 1. *bestia bicornis subseruit decicorni*: at Papa, vt nos statuimus, (2. Thessalon. 2. 3.) *extollitur supra*

omne quod dicitur Deus, & omne σέβασμα, 2. (Apocal. 13. 14.) *Bicornis signa edit, vt adoretur Decicornis.* At Papa non edit signa, vt Imperator adoretur, adoratione scilicet idololatrica, de qua Ioannes agit. 3. (v. 14.) *Iubet fieri imaginem bestiæ, dat illi vitam & vocem:* quando hæc Papa? an imperium est mortua imago sine Papa? & illa imago adoretur à subditis Imperii, (Apoc. 14. 9. 10. 11.) crimine tam grauiter vindicando? 4. *Quos Papa occidit, quia non adorant imaginem Imperatoris, aut Imperium?* An adorare bestiam, est, obedire Imperatori aut Principibus Imperii? 5. Bestia hæc est Pseudopropheta prioris; prior ergo illius, quasi Deus, hæc euertunt axiomata nostra Antichristiana. 6. *Bicornis bestia, imaginem, characterem, nomen, numerum nominis, prioris bestiæ comparari & ferre iubet.* Nam illa primæ bestiæ esse, hoc est, imperii: docet Apostolus cap. 13. 15. c. 16. 10. c. 14. 9. 10. c. 15. 2. c. 16. 2. c. 19. 20.) Nemo autem Pontificum, Imperio homines tam duro auctoramento mancipauit. 7. (Apocal. 13. 18.) *Bicornis emendi & vendendi contractus prohibet*, non habentibus characterem, aut reliqua prioris bestiæ, Pontifici hæc in mentem nunquam venerunt, & sufficit sibi, omnibusque aliis refutandis Graserus, qui alterum bestiæ

Apocal. 13 15.

cornu

434

cornu *Turcismum*, alterum *Papatum* esse delirat, vt corpus ipsum nostri fratres Lutherani suspicentur esse Caluinismum.

Quartò. Monachos vocat *Locustas*, non quidem Ioannes (c. 9. 3.) sed Graserus, vt doctrinæ suæ colaphum infringat, cùm monachi multis sæculis Antichristum præcesserint, in Paulo Antonio, Hilarione: & sanè, nos propiores illis esse, & facta ostendunt, & theatrum nostræ crudelitatis. 3. (c. 9. 10.) Menses conceduntur insecto tam crudeli, *quinque tantum*, tot pene sæcula monachismus perseuerat. Non ergo hoc est Apostoli vaticinium, sed delirium nostrum, in quod quadrat commodissimè, quod legimus in elencho orationis chronologicæ Magni Iosephi: *Emicat inprimis incredibilis confidentia, quæ aduersus fidem historiæ, & veterum receptorum scriptorum authoritatem, Auctor se satis munitum putat, cùm ex Spiritus sancti oraculis, & limpidissimis scripturæ fontibus se omnia hausisse gloriatur, vt duo hinc necessariò concludantur, reliquos doctos viros* (*sic omnes Patres*) *ex sterquiliniis suas Chronologias* (*doctrinam de Monachis*) *eruisse. Illum autem* (te cum reliquis Caluinistis) *sua deliria ex Spiritu sancto. Et certè, si non est alius Spiritus sanctus, præter fanaticorum hominum deliria, iam actum*

Scaliger de Parei Paracleto.

est de fide historiæ sacræ, de verbo diuino, de syncero DEI cultu. Dura illa est, sed viri magni de commentariis tuis cucurbitariis, & fortè vera censura.

Quintò, *Iesuitas vocat Ranas* Graf. (Apocal. 16. 13.) hoc Spiritus sanctus, id est, fanaticorum hominum deliria indicarunt Grasero in aurem. An ranæ Iesuitæ? & mare Euphrates? & tamen negamus, illos signa facere? 2. Partus ille ranarum, est Draconis, deinde Imperii, tertiò Papæ. Imperium ergo Iesuitas dedit? nostri bestiam hîc vocant Antichristum (Graser hoc loco) an ergo iam Imperium est Antichristus? & Papa contumelia liber? & tamen Iesuitæ ranæ: quid si tres illi spiritus essent, Lutherus, Caluinus, Loyola, vt volunt Ebionitæ? quid si Eckius & Empserus? vt Lutherus. nec sanè contemnenda esset Illyrici interpretatio, esse Sophistas, aulicos, legatos de latere; verùm ille cùm sit τῇ οὐσίᾳ *peccatum originale*, non potest non mentiri, sicut neque nos probare possumus, Iesuitas esse ranas, nisi centaureo acumine tuo ab Illyrico.

Sextò. *Romam vocat meretricem purpuratam* (cap. 17.) Romam esse, nondum probauimus, nam & Constantinopolis est ἑπτάλοφος. (Leonar. Episc. Mytelen.) 2. Ierosolyma septem mõtes habet, nobiliores Roma-

Romanis mõtibus. 3. Septem Reges nostris multi ſunt, imò centuriç Regum, mõtium numerus ergo accipi poteſt, ἐν τῷ πλάτει, vt Regum. 4. Plurimi Patrum nomine ſeptem montium, omnes Mundi totius montes intelligunt, & multi noſtri ciuitatem cap. 11. ſic interpretantur, at eadem hæc, & illa ciuitas. 5. Si Roma eſt, illa eſt, quæ olim eiecto Pontifice & religione, antiquæ abominationis horrorem induet; itaque ad Chriſtianam Romam pertinere negant. Id verò conſtat confeſſione propria. nam (c. 18. 7.) *Sedeo Regina, & vidua non ſum, & luctum non videbo*, gloriatur ſcortum. Romana verò Eccleſia, *& iam luget filios ſuos, & lachrymæ in maxillis eius*: ſe nouit, per gladios & ignes ituram, *& luctum ſe viſuram, qualis non fuit, ex quo homines eſſe cœperunt.* 6. Veræ pietatis non eſt, dicere, Reges terræ eſſe ſcortatores, qui cum meretrice illa fornicantur, Reges, inquam, quos iam videmus. Cùm enim ſolam coniecturam de Roma habeamus, quæ nam eſt iuſtitia de noſtra ſuſpicione fanatica, accuſare Reges, Hiſpaniarũ, Galliarum, Poloniæ, Vngariæ, Principes, Archiduces, Duces. neq; hic ſiſtit audax conuitium: *Nam noſtrũ Regem Britanniæ facit oſorẽ agni, pugnare cum agno, poteſtatẽ ſuam beſtiæ tradere.* En quo

Ex coniectura conuitium in Reges.

progreditur κορεβαντιασμός? Roma Pontificia est illa meretrix, Reges decem eius osores: inter eos Iacobus Rex noster nomen profitetur suum, hortatur Imperatorem *& Principes, vt eam desolent, nudent, exurant, carnes deuorent:* At decem illi Reges (Apoc. 17. 13.) *potestatem suam*
Vers. 14. *& virtutem bestiæ tradent, cum agno pu-*
Vers. 17. *gnabunt, & Agnus vincet illos.* Regnum suum dant bestiæ. Frustra conuitiamur Pontificiis, si in nos recidant conuitia: nam de suo Pontifice cùm negant, probare non possumus. de Rege nostro tenent confessionem nostram.

Defenduntur Stapletonus, Gretserus, Clarus.

Septimò. *Stapletonus, Gretserus, Clarus, inclementer dixere Caluinistis.* Excusant viri prudentes & politici Papistas. 1. Non mirum esse, cùm in Beza fuerit tanta vis pœnitendi, *vt libros exustos optaret, in quibus fraterna tantum contra Lutheranos conuitia habitabant, non etiam regnabant.* 2. Papistis suffragari fratres Lutheranos, qui decies millies acriores sunt. 3. Defensionem Gretseri Germanico candore & simplicitate referebant negotiatores Augustani. An verò malè dixi? Calumniatorem, nebulonem, mendacē dixi Saubrandum, & quis Saubrandi amator tam ineptè est, vt non idem dicat? professionis illa nomina sunt, vt ballioni-

ea illa comedi, non contumeliæ, *Legem vetantem, mendacia, calumnias, nequitias, ſeruare non poteſt, & infallibili fide credit*, ſeruare ſe non poſſe, *omnia eius opera, ſordes, pollutio, iniquitas*: verba mihi præeat, quibus iſtam colluuiem indigetem. At in Chriſto ſancti ſunt, & veraces: De hoc ipſi viderint: an ego dixi mendaces & nebulones in Chriſto? μὴ γένοιτο: in ſe, per ſe, intus & in cute nebulonem dixi Saubrandum, non iu Chriſto. at non imputantur, & tecta ſunt peccata. ſint ergo tecti, & non imputatitii nebulones, ſi aperti eſſe recuſant. An eadem excuſatione vteretur Stapletonus, ſi viueret, incertum eſt, poſſe eum vti nemo dubitat. Clarus ſuarum Satyrarum neceſsitatem dicitur etiam conſiſtoriis quibuſdam probaſſe. Circumferebantur nequitiæ, & amores Bezæ, & aliorum noſtrorum παραδειγματιζομένων, quæ Catullum, Tibullum, Propertium, Martialem, ipſum Magiſtrū obſceni adulterii, rudes nequitiarum ſuarum oſtenderent, illecebræ illæ iuuentuti, commendatione tantorum virorum, qui vertices erant & columnæ Eccleſiarum, proponebantur. cur non legerent, quod Beza ſcripſit? facere timerent, de quo electum Domini vas gloriatur? Clarus obuiam eundum effreni licentiæ ratus, graui

carmine vitia, & auctores insectatus est, vt horrorem flagitiorũ teneris animis incuteret. Nos cui coronam ciuicam debemus, irascimur. Et quæ est, mi frater, irarũ causa? Bezanæ deliciæ suauiores, austeritate Clarianâ. non sumus nos ἀδέκαστοι. nec tibi cornea fibra est, & quandoque mihi cum sene canere lubitum est, θέλω θέλω μανῆναι.

Asperitas Catholicorum iusta. Octauò. Papistarum asperior oratio, ipso genere & personis, multum distat à nostra intemperie. Illorum tota penè indignatio tantum est ob nostra mendacia. v. g. fingimus fabulas Polonicas, Belgicas, Francicas, de grauissimis eos criminibus accusamus, proferũt illi Regum & regnorum sententias de sua innocentia: *Nos, illi suis missiuis vestra pudenda texerunt, iniquè aduersarios vestros damnarũt.* Hoc est, mentiuntur Reges & Principes, hæc clarè, coram, crebrò diximus, & ringimur. Si Gretserus dicat, mentiris. 2. Illi ferè ministros impetunt, vt malorum auctores, Reges, Principes, Respublicas priuatas, comiter appellant, quorum plurimos iudicat non malitiâ, sed errore labi, & esse, vt ait Augustinus, *homines credentes hæreticis, non hæreticos.* Nos toto corpore in Pontificem, Episcopos, Reges, & Principes ruimus. Specimen dabo ex paucis paucorum scriptis.

Aretius

Aretius Apoc. 13. 15. *Nomen bestiæ, est, esse filium Romanæ Ecclesiæ, seu Catholicum, seu Romanæ Ecclesiæ membrum.*

Caluinisarum de Imperio & Principibus Imperii encomia.

Caluinus epist. 2. de Christ. hom. officio in sacerdotiis &c. *Apud integros sanè & incorruptos iudices, non ita difficile fuerit, palam facere, totam illam Romanensis opulentiæ congeriem, ab ipsa suprema sede, ad minimam vsque Capellaniam, vt vocant, ex imposturis, furtis, rapinis, sacrilegiis, pessimisq; artibus conflatam esse; & cuius nullam particulam attingere possis, quin multorum scelerum conscientia te obstringas.*

Aretius 13. 7. Apocal. *Post acceptam Christi doctrinam, mox impii hypocritæ titulum Ecclesiæ ad se rapuerunt, & vera Christi mandata persecuti sunt, quam caussam adhuc hodie strenuè defendunt sedis Imperii possessores.* Et: *Quàm latè enim Romanum nomen patet, tam latè pii persecutiones patiuntur.* Et v. 8. *Homines mirari Principum successum; ideò in eorum partes transire.* V. 1. *Admirari bestiam, est Imperii successum & felicitatem admirari, augustum, sanctum, sacrosanctum, immortale illud prædicantes.*

Quid sit Caluinistis, adorare Diabolum.

Secundò adorârunt Draconem, hoc est, Diabolum in eius persona, colunt & adorant: Draco enim Diabolus est, qui sua ornamenta affingit imperio.

Scelerata voces contra Chri-

Vide

stianos Romani Imperii Principes.

Vide quid sit colere Diabolum, hoc est, admirari nimium, maiestatem & felicitatem Imperii Romani.

Tertiò bestiam adorant, qui Imperatorem superstitiosè colunt. & inter cætera etiam ait adorare, *qui inuictum Imperatorem dicunt.*

Graserus: *Equos cap.9. Apoc. esse Episcopatus & Prælaturas.* fol. 54. *Magnates sæculares Catholicos esse ossa Antichristi, Clerum carnem.*

Fol.53. *Sub illis operosis laruis (Episcoporum, cleri, & sæcularium) nihil aliud, quàm crudeles homicidas, sceleratos veneficos, impuros scortatores, furesque & latrones tegi & occultari.* NB. hæc est equitum cap. 9. descriptio, quo & sæculares pertinent.

Fol.155. *Omnes Catholicos vocat bestialitas, & qui in religione homines detinent, adorare bestiam.* Fol. 207. *In hoc ordine (subaudi Regum, qui cum meretrice scortantur) Hispanus & Hispania primas tenet. Non dißimilia tu etiam* 1. *Corin.* 9. 17. *& omnibus præfationibus. Quod si cui cordi esset conuitiorum talium & sordium thesaurum colligere, credo ex nostris vel Babylonem impleri posse.*

Nono. Coniicere nequeo, quid sibi Bataui defensor velit, cùm capitales calu-

mnias

mnias dicit *de Hiſpano*, *& aliis conuitio læſis.*

Verba Becani: *Regem Hiſpaniæ vocat raptorem & hæreticum.* Verba Scurræ: *Aliqua ſunt capitales calumniæ, vt quod Batauus, in ſua defenſione Regem Hiſpaniæ ſimpliciter vocauerit raptorem & hæreticum.*

Verba Bataui defenſ. 3. pag. 70. v. 24. *An non è contra potius Regem Hiſpaniæ, quia HAERETICVS NOTORIVS eſt, ex regno illo Catholico, omnibus omnium Euangelicorum viribus expellere oporteret? maximè cùm alia inſuper contra eundem militet ratio, veluti contra vniuerſi orbis RAPTOREM, quem Deus ipſe iubet deprædari per Prophetam Eſaiam &c.* Pronuntia frater in cauſa Becani. Capitales calumniæ: non enim *ſimpliciter* vocauit hæreticum notorium &c. Sed neque Becanus *ſimpliciter* ſcripſit ita vocatum: quaſi parum ſit vocare Reges *hæreticos notorios, raptores,* modò ne *ſimpliciter raptores* vocemus. Friuola verbuli captatio, *Furem* dixi, ſed non *ſimpliciter furem*. Et ſanè non ſimpliciter *hæreticum notorium, ſed omnibus omnium Euangelicorum viribus, auito regno, expellendum*: nec *ſimpliciter raptorem*, ſed *vniuerſi orbis*. nec hoc modo; ſed *quem Deus iubeat deprædari.* Sic non *ſim-* *Simpliciter mendacia qua.*

pliciter

pliciter Archiduces Austriæ *perfidos*, Ducem Sabaudiæ *perfidum & crudelem*: sed grandi aliqua ἐπιτάσει. Sic Scurram vocare quis posset non *simpliciter mendacem*, sed μυριοπλασίονα quadruplatorem.

DE PRIVILEGIO DVODECIMO, περὶ τῆς ἀνακτοφονίας.

BEcanus: *Caluinistæ possunt suos Reges & Principes deponere, expellere interficere, quando ipsis visum est.*

Scurra: 1. *Caluinus Principibus deferendam obedientiam & venerationem docet, non ergo occidere debent Caluinistæ.* 2. *Batauus & Pareus hoc non docent.* 3. *Romano-Catholici Reges occidi posse tradunt, vt Mariana.* 4. *Iesuitæ fecerunt.*

Primò. Periculosa, & non modo calumniis, sed etiam suppliciis obnoxia, de morte Regum disputatio, alia in aula, alia in Consistorio sententia, & phrasis, ibi phaleræ & criminis exaggeratio, hic profectus religionis & iustitiæ; &, dum stridet in vulnere regio, perfidum ferrum, beatifica imputatio. Hoc certè tenendum,

 439

dum, non esse *peccatum regnans, nec vastare conscientiam, nec auferre Spiritum S.* sed inter regnātes parum tuta est hæc Philosophia. Idcirco laudandus Scurra, quod scopulum illum silentio præteruectus sit, loqui enim sine offensione vel Regis, vel pietatis nostræ non potuit.

Secundò. Omnem in hac materia disceptationem fugiendam, non immeritò censuêre fratres, nostrum enim est τὸ ἥττημα. Accusati sunt illi de Regicidio, accusati & nos, diuersi accusatores, contrario exitu, illos accusarunt famosi libelli, nos viri magnates. Illos varia iudicia, etiam correctâ sententiâ, Reges, Principes, regnorum publica consilia innoxios iudicarunt, & aduersarios, vt calúmniatores, publica palinodia, multa, exilio damnarunt: nos tristis sententia Regis amici, defensoris fidei nostræ, capitis Ecclesiarum Britannicarum *fecisse videri*, pronuntiauit: imò se expertum efferis & limitaneis latronibus esse deteriores, ipsis Papistis odiosiores, nostro se ferro in vtero petitum: profectó indignum est, nos qui prægnantium Reginarum vteros gladio scrutamur, ne Reges nascantur, tot iudiciis absolutos Iesuitas iterum ad tribunal trahere.

De Regicidis controuersia.

Tertiò. Quanti sit, quod Caluinus, *Principibus etiam ab officio degenerantibus obedien-*

obedientiam deferendam, & ordinationem Dei revereri oportere, ait, neſcio. Nō enim quomodo, quantum, qua in re degenerantibus præſtanda ſit, exponit, & alia eius in Reges duriora ſunt.

Quartò. Verborum Caluinianorum ſenſus alius eſſe non poteſt, quàm is, quem Becanus refert, nec tu ignoras legitimè citari, nec ipſa ſibi Caluiniana eſſe conuenientia. 1. *Abdicant ſe poteſtate, dum contra Deum inſurgunt*: priuati ergo efficiuntur, & ſi pellantur aut occidantur, iam priuatum crimen eſt, aut virtus. 2. *Indigni ſunt, qui numero hominum cenſeantur*, cœtibus ergo hominum præeſſe non debent: homini præponi non debet, niſi homo. 3. Falſa eſt explicatio eius ſententiæ, *de facie conſpuenda*, pro non parere, contemnere. Nam faciem conſpuere, grauiſsimæ contumeliæ indicium eſt. ita Num. 12. 14. vbi Iun. & Trem. *Si pater terrenus grauis in eam iræ ſignum dediſſet*. Talis illa *deſpuitio diſcalceati, & exprobratio*, & Saluatoris illa Prophetis prædicta *ſputis oblita facies*, quid præter contumeliam extremam exhibebat? quæ etiam coniungitur colaphis & palmis. Eſt verò contemptus, quo alterum tanto infra nos ponimus, vt ſordium noſtrarum σκύβαλον exprobrando iudicemus, hoc Regibus faciendum, ſi

contra

contra Deum insurgant, nam quæ Regum peccata *sputa nostra* puniunt, postea ex tuis longissimis commentis dicetur.

Quintò. Quod verò tuorum commentariorum defensionem suscipit (nam de Batauo fatetur) & præter decorum facit, turpe est, tuam à Scurra defendi dignitatem. & laterem lauat, *quanquam enim moderamen inculpatæ tutelæ adferas, aliasq; ad populum phaleras*, notârunt tamen Episcopi nostri consistorialem violentiam largè vlterius procedere. 1. *Pastores posse ac debere Magistratus contumaces Satanæ tradere*, donec resipiscant: Noui amphiboliam, δολερὸν ἔπος, Pastores, hoc est, Consistorium ex Pastoribus, & politicis ἀμφίβιον, (Pareus in 13. Rom.) *potestatem habere à cœtu suo flagitiosos eiiciendi, eam autem non vni, aut presbyteris, sed* (1. Corin. 5. 3.) *toti Ecclesiæ tribuis*, quæ res offendit Episcopos, & regem nostrum, nam si consistorium publicè, vt facinorosum excludat cœtu fidelium, tradet Satanæ, in interitum carnis, quomodo caput erit Ecclesiæ? Regiæ maiestatis duplex est prærogatina (Pareus præf. in Oseam) *potestas politica & Ecclesiastica, vtramque à Deo habet, reformat Ecclesiam, iudicat de Sacerdotibus, Episcopos designat, cura eius de religione non tantùm est passiua, vt est priuatorum,*

Doctrina Parei de Principum depositione.

torum, sed potestatiua, & cum iurisdictione, secus publico carebit effectu. Hac ergo Magistratus suos dum excommunicant, priuant; cùm enim seiuncti sunt fidelium consortio, traditi Satanæ, nobilissimam partem suæ potestatis amittunt. Et hoc si contumaces sint, non tollant blasphemias, erroresq; Lutheranorum & Papistarum: Vno verbo, si non obediunt, cui debent, hoc est, consistorio: nam contumacia in præfracta rebellione cōsistit. Præterquam verò, quod magna parte potestatis principes deiicit presbyterion, etiam reliquam, h.e. sæcularem facit ἀμετάβολον, & incertam: nam quæ potestas est presbyterii in ἀρχιτεκτονικὴν ecclesiasticam contumacem, ea erit minorum magistratuum in ἀρχιτεκτονικὴν ciuilem, & exeretur gladius, analogus excommunicationi.

Consistoria omni potestate ecclesiastica Reges suos priuare possunt.

2. Concedis, *Magistratui subordinato se Rempubl. Ecclesiam armis defendendi potestatem*, adiunctis sex conditionibus, quas mox argumentando euertis. Nam 1. ratio: *Rex subiectus est legi Dei, lex Dei iubet coerceri tyrannidem legitimè, qui* (Num. 35. 16. & seq.) *sanguinem hominis fuderit, ipse morietur.* Si lex illa etiam in Reges lata est, & executio imperata minori magistratui; hic ergo Regem, si is cædem fecerit, occidere tenebitur, nec pretium

tium accipere. Eadem executio ad ſcortationes, adulteria, blaſphemias extendetur, vt multæ cauſæ ſint occidendorum Regum, quot leges ſcilicet capitali ſupplicio ſanciuntur. Lege Dei magiſtratus cogitur tollere è medio homicidam, adulterum, blaſphemum, ſeductorem, contumacem. Rex eſt talis. Ergo Rex tolli debet. Non enim melior eius, quàm priuatorum conditio. Qui ſanguinem fuderit &c. & Deus iubet coerceri tyrannidem. *Caluiniſtis multa cauſa occidendi Reges.*

Ratio 2. (Rom.13. prop.2. rat.2.) *Minor magiſtratus gladium non gerit fruſtra, eſt enim vltor ad iram Dei, qui quod malum eſt, facit. Ergo cùm ſuperior magiſtratus, qui quod malum eſt, facit: & atrocibus iniuriis in ſubditos, aut blaſphemiis in Deum; inferior debet eſſe vltor ad iram.* Et v. 3. *Finem poteſtatis,* ais, *duplicem, coercere pœnis improbos, probos tueri.* Et v. 4. *Gladium fert, vt eum ſtringat in malos.* Vlciſci ſine dubio, & occidere vis tales Reges. Vbi ergo nunc quod initiò poſitum, ſcurra magnificè ſcribit, verbum *defendendi, non occidendi?* Nam, vt Rex habet gladium, quem ſtringat in priuatos improbos, ſic minor magiſtratus *habet, vt ſtringat in Regem,* ſi facit Rex malum: ſiquidem hic locus armat Satrapas & prætores in ſuos Principes, non minus quàm Principes in

latrones. Item ibidem: *Quia ideò inferiores Magiſtratus adduntur ſuperioribus: tum vt ſint ſocii gubernationis, tum etiam vt horum moderentur immenſam licentiam. Ergo cùm iſtam frænant, vtuntur auctoritate & gladio per legitimam vocationem ſibi diuinitus tradito.* Ergo video, vt pueris ne exorbitent, adiunguntur pædagogi, ſic te Principibus apponere ῥηγαγωγοὺς (regagogi nouè dicantur) qui eos frenent: nec diſcrimen vllum, niſi quod pædagogi ferulâ, regagogi *Gladio* diſciplinã ſanciunt: meritò, vt puerorum improuida ætas ſub ictu virgæ trepidat, ſic immenſam Regum licentiam *mucronem Prætoris* ſui exhorreſcere par eſt: & ſane multò grauior eſt Regũ conſiſtorio obſiſtentium, quàm puerorum pœdagogos eludentium contumacia.

Quando tollant magiſtratus. Ratio 3. *Quorum eſt conſtituere Magiſtratus, eorum etiam eſt enormiter graſſantes coercere, aut TOLLERE, ſi non deſiſtant* (errorem typographi tui corrigo) *conſtituuntur autem, vel per populi conſenſum, vel per Senatum, vel per electores, vel minores magiſtratus. Ergo hi rectè faciunt, cùm coercent vel tollunt graſſatores.* Tollunt frater? at negat Scurra, te expellere, interficere, ſed defendere. Nullum ſimulatum eſt diuturnum. Quid eſt *Tollere*, Parce? Et qui graſſatores? Si blaſphement,

ſint

ſint contumaces cõſiſtorio, ſi beſtiam adorent, ſi ſubditos cogant adorare beſtiam, hoc eſt, parere Imperio Romano, ſi negent Deum eſſe auctorem peccati, ſi prædicantes calumniatores, fures, adulteros, homicidas, negent amittere Spiritum S. Si credant Chriſto dicenti: *Hoc eſt corpus meum:* ſi idololatriã, hoc eſt, imagines nõ tollunt.

Ratio 4. à ſimili: *Magiſtratus furioſus rectè amouetur auctoritate publica: vt Nabucodonoſor in furioſam beſtiam conuerſus, ab hominum conſortio fuit abiectus. Dan.* 4.31. *At furioſo ſimilis eſt graſſator & tyrannus atrox.* De atroce tyranno concludis tu quidem, ſed exempla oſtendunt, lõgius extendi ſentẽtiam tuam (rat.5.ibid.) *nam luxuriam, ignauiam, iuſtam cauſam arbitraris.* Solùm conſidera pueris notam Tarquiniorũ hiſtoriam, adulterauit filius, pater cum tota familia regno & vrbe pellitur; ſi adulteria tam grauiter iure puniuit Romanus, non leuiora ſunt, cædes, mutilatio, oralis manducatio, vbiquitationis profeſsio, decem Articulorum fidei abnegatio, &c. In omnes ergo Principes idem nobis poteſtatis erit, qui vel Caluiniſtæ non ſunt, vel ſi Caluiniſtæ ſint, libidine, ſæuitate, rapacitate, ignauia, luxuria, delinquere iudicent conſiſtoria, aut prætorum vrna, Principum magiſtra.

Ibidem.

Sextò: *Christiani*, inquis, *Reges, & Principes debent resistere tyrannidi Pontificiæ, etiam gladio, & vi eam impediendo & frangendo, idola tollendo, & Ecclesiam libertati suæ restituendo.* Nunc Reges quidem in Pontificem armas, nec minus tamen subditos in Regem; nam si qui Reges & Principes ignauia non belligerentur contra Pontificem, nõ tollant imagines è templis Lutheranorum vel Papistarum, minus sollicitі sint de Ecclesiarum libertate, aut aliàs ignaui sint, certè amoueri & tolli possunt, *vt VVenceslaus*, quem tu in exemplum adducis, *vt alii.* Quod si etiam cum Pontificiis in amicitiam coëant, & fœdera iungant, vt *scortatores meretricis* magnæ, interficiendi sunt.

Quid Catholicis exhibere debeant Caluinistæ.

Septimò: Quantum in te, misces totum orbem sanguine. *Debent*, inquis, *resistere, frangere, quia terrori sunt operibus malis.* 2. *quia dicitur*, inquis, futurum, vt Reges & Principes Christiani odio persequantur meretricem, *& solam reddant eam, & nudam, & carnes eius comedant, & ipsam igne exurent. At prædictio habet vim præcepti, vt hoc faciant.* 3. Verbis illis (Apoc. 18.6.) *Reddite ei, sicut & ipsa reddidit vobis &c. ais, mandari, vt regnum eius destruant.* Vnde noua πορίσματα colligere debebit, si sapiat Becanus contra Batauum.

 443

tauum. 1. Omnes Reges & Principes Caluiniſtas habere præceptum grauiſsimum, à Paulo & Ioanne promulgatum, vt regnum Pontificis deſtruant, hoc eſt, non modò tres Electores, Archiepiſcopos, cum reliquo Clero, qui ſunt carnes Antichriſti, ſed Imperatorem, Reges Hiſpaniarum, Galliarum, Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Archiduces Auſtriæ, Duces Bauariæ, Sabaudiæ, Florentiæ, Parmæ &c. nam ſunt oſſa Antichriſti, & nonniſi per eorum latera peti poteſt Antichriſtus, ad Caluiniſmum deſciſcere, ab Eccleſia Romana deficere cogant, aut occidant, exurant, carnes comedant. Obſecro te, per viſcera caritatis, chariſsime frater, an tu eſuris tot Regum & Principum carnes, & ſanguinem ſitis? & quia fanaticorum hominum deliria, dicunt, eſſe carnes & oſſa Antichriſti, tu ex coniectura Graſeri, ſeceſpitam paras & ahenum? 2. *Vt Paſtores doctrinâ* (nam hoc quoq; tuum eſt) *verbo, ita Principes gladio tenentur & potentiâ deſtruere regnum Pontificis.* At noſtri miniſtri indefeſſo labore, ſcribunt, clamant, mentiuntur, vt deſtruant; eadem ergo aut ſimilia Principes arma parare, in acie verſari debent, vt collegas, Epiſcopos, & Principes Pontificios, ac beſtiam deniq; ipſam clientela ſua nudatam interficiant. 3. Bellum Roman. 13.

 hoc

hoc esse planè ἄσπονδον, æternum, nō posse hic vlla pacta, fœdera, iuramenta, aut pacis actiones intercedere. 1. quia dicitur, *odio persequantur*, mandato ergo diuino principes odisse iubentur totum regnū Papæ, nec paruo illo odio, sed quale est τῶν ὠμοβόρων. *nec carnes modò, sed ossa etiam, Reges & Principes, Papæ amicos*, deuorare, nec aliud possunt Catholici exspectare, quàm vt *oues occasione data deuorentur*, tum tu, satiabere frater, qui nunc cruda senecta πρίαμον πριάμοιότε παῖδας *crudos vorare & concoquere valeres*. 4. Reges & Principes nostros nō debere nec posse fidem seruare Pontificiis, tanquam Antichristianis, nec obligari vllis pactionibus. Ratio manifesta hoc cōuincit: *Vbi Deus expresso verbo iubet bellare, reddere duplicia, odisse, carnes edere hostiles, non valent vlla fœdera, quia verbo Dei contraria sunt.* Consule historiam anni 1559. 5. Inuidiosè auges etiam opinionem nostræ sæuitiæ. *Nec præcipitur iniustitia, cùm duplum ei reddendum præcipitur: sed nullum vltionis genus aduersus Papam iniustum aut nimium esse significatur.* Nec Papam tantùm, sed totum regnum eius, nō enim de persona, quam sanctam esse posse, aut minus malam, Pouellus fatetur, sed regno, clientela, carne, & ossibus belligeramus. Quantum cogitando consequi

Caluinistæ nolunt suos Principes cum Catholicis inire fœdera.

Sæuitia Parei.

conſequi poſſum, ſi Papæ, Imperatori, Regibus, Epiſcopis omnia tormenta admoueantur, quæ veteres fabulæ finxêre, quæ noſtri in Gallia, Belgio, Britannia exercuêre, ſi omnia Neroniana, ſi Perſicos mures, ſi excoriationes, ſi ſcaphiſmos, & vltra annum ſæuientes, αἰκισμὸς ſentiant Papiſtæ, non eſt nimium, quia nullum vltionis genus nimium eſt, nõ eſt iniuſtum, quia Deus imperat: & quibus imperat? *Chriſtianis Regibus, qui poteſtatem & regnum ſuum beſtiæ tradent, & contra agnum pugnabunt.* Quî confidere poſſunt noſtris Principibus Papiſtæ, ſi tuum axioma teneant: Nullum vltionis genus iniuſtum, nullum nimium?

Octauò: Hiſce tuis *Marianæa* confer, qui cùm de tyranno depoſito, hoſte reipublicæ iudicato, ageret, & tot cautionibus ſententiæ præſtrueret, non tamen conſequi potuit, ne Ieſuitæ eam improbarent.

DE PRIVILEGIO XIII. DE NOSTRA VT vocant ἀνομία.

PRiuilegium hoc, vt eminens, ita inuidiæ pleniſsimum eſt, de eo Becanus; *Nec diuina nec humana lege Caluiniſtæ obligantur.* Scurra: *Non à lege, ſed à male-*

diɛtione legis liberi ſumus. 2. Chriſtum renouaſſe legem caritatis. 3. Legibus Principum nos obligari. 4. Ab eorum legibus Papiſtas clericos eximi.

Caluiniſta omni lege & legis maledictione liberi ſunt.

Primò: Brutus ſtupor Scurræ, Inductionem Becani (*Lex Decalogi eſt impoſſibilis, Moſaica eſt abrogata: Chriſtus nullam tulit, humana non obligat. omnino igitur liberi ſumus*) putauit eſſe ſyllogiſmum, cuius quatuor eſſent propoſitiones. Verùm rem videamus. Negat Dei legem moralem eſſe abrogatam, etſi ſit impoſsibilis, nam *cœlibatus lege, ait, teneri clericos, etſi ſit impòßibilis.* Ad exemplum quod attinet, negant illi caſtitatem impoſsibilem. Certè reginæ noſtræ *Eliſabethæ* ſanctiſsimæ fœminæ, in deliciis regiis, difficile non fuit, ad decrepitam vſq; ætatem impollutum virginitatis florem tenere. Latet & ſcorpius ſub hoc lapide. Quid noſtris filiabus fiat ἀκμαίοις & ὑπεράκμοις, ſi caſtitas ſeruari non poſſet? quid nobis fiet? non enim ſemper adeſt adiutorium. Ad rem quod attinet, valde rationi conſentaneum eſt, quod dicunt: Ad impoſsibile nemo obligatur, & quam tyrannicũ eſt, præcipere, quod ſit impoſsibile, vt labentem punias?

Secundò: De *Maledictione*, quod ait, videtur non aliud voluiſſe Becanus. Quam nos ad legem non teneri, Niſi ex *gratitudine,*

dine, nec in illam committentibus *iram* aut *maledictionem* formidandã esse. Hoc forte Becano satis est, & sanè multum est, nos Caluinistas ex omni hominum genere τῶν παλαιῶν, καὶ ὄντων, καὶ μελλόντων, esse numini ita cordi, vt nullis nostris facinoribus irascatur, & tanti amoris nos certos, aut sanè securos esse. Malim tamen dici, nos simpliciter à lege immunes esse. Nam primò ita Caluinus loquitur, locis quæ Becanus adfert. 2. (Com. Rom. 5.) ita Philippus Melanchton: *Ciuis lege tenetur, factus Princeps est supra legem, & tamen sponte seruat legem*. nõ ergo ex obligatione seruat. Opponitur enim ciui ex obligatione seruanti. 3. Caluinus (Rom. 5.) *Nos liberos esse à rigida obseruatione, non potest de maledictione accipi*, quia ab omni planissimè maledictione sumus liberi, ab ipsa ergo obseruatione rigida. 4. Tu quoque frater id doces: (Roman. 5. 1. dub. 1.) *Vbi peccatum est, ibi condemnatio est, in credentibus peccatũ est, ergo condemnatio. Respondes: Legaliter verum est, omne enim peccatum lege damnatur, & omnes peccatores legaliter sunt rei, Euangelicè verò non item*. At nos Euangelici Euangelicè viuimus, non ergo lex ad nos pertinet: Quod clarius alibi probas: (c. 7. 3. &c.) *Nos legi mortui sumus, lex mortuos non vrget*, & similitudo

militudo dare docet: Mulier enim, marito mortuo, non modò à maledictione, sed omni eius vinculo libera est, sic verò nos à lege sumus immunes. Non enim Patrum interpretationem admittimus; ideò nos liberos esse, quod gratia donati, legem custodiendo, pœnas transgressoribus positas vitemus. 5. Quid respondebis Socino & Vorstio, si non prorsus à lege sumus liberi? Ille sic παραλογίζει: *Execratio legis non significat iustitiam Dei, cui satisfaciendum esset, sed execrationis pœnam, à lege statutam, à qua pœna redempti sumus, non quia illi aliquid pretium solutum fuit: quod ridiculum est dicere, sed quia ab ea sumus exempti.* Tua responsio: *Execratio actiuè & passiuè significat, passiuè execrationis pœnam, actiuè est vox seu sententia legis, execratione damnantis, seu ipsa lex execrans peccantes. Quid autem est vox Legis, nisi vox Dei, & lex execrans, nisi Deus execrans, & Deus execrans, nisi iratus? & ira Dei, nisi iustitia?* ab hac iustitia *primariò* liberatos nos dicis, à pœna *secundariò*. Nimium hoc est Becano; nam odio est Deo impius, & impietas eius; sed in operoso sorite vide, quàm te facile capiat. ab ira, à Deo execrante, à Dei iustitia, cui satisfaciendum esset, sunt liberati, *Dei verò iustitia quid aliud, quàm ad honesta nos obligans,*

Caluinistæ legaliter mali, Euangelici boni.

gans,

gans, & dedecus prohibens æterna ratio? & hæc ratio quid est, nisi lex nos obligans? Liberati ergo sumus à legis obligatione: adeò vt nihil in nos Dei iustitia, nec habeat, nec iuris habere possit. 6. Nostros lapsus quantumuis horribiles, Deus non execratur, non odit, quomodo ergo illis afficitur? erubesco; amat: nam ociosus esse nō potest, omnem creaturam vel odit, vel amat. Vim habet hoc argumentum ex nostro simili: reprobum ante præuisa peccata non eligit, nec amat; ergo reiicit, & odit. Nam otiosa non est Dei natura. Explicat eruditè hæc Dom. Philippus Nicolai (Kurtzer Bericht/ pag. 6. &c.)

An Deus amet peccata Caluinistarum.

Tertiò. De lege fidei & caritatis, alia ratio non est; neque enim istæ possunt seruari & ab execratione, quæ est contra legis primæ tabulæ peccata, immunes, vt constat ex priuilegiis præcedentibus, vt iam passim doceant nos, ne lege quidem fidei teneri.

Caluinistæ immunes lege fidei.

Quartò. De exemptione clericorum, vide *Gretserum*, contra Venetos.

Profectò ministerium nostrum, nisi exemptione fulciatur, ruiturum, multi prudentes magnis de causis vaticinantur. nec tu ignoras, nec dissimulas (Com. Rom.) quàm iniqui sint in nos iudices, Harpiyæ aulicæ. Petrum & Paulum non ita subie-

ctos

ctos Neroni fuiſſe credidero, vt, nomen dare militiæ, eſſe decuriones, tutores, aliáque ciuilia ſpiritalibus impedimento futura onera ſubire cogerentur, quin ſuſpicimus Regum pietatem, qui clerum non quidem exlegem, ſed ſui magiſtratus legibus obtemperare voluerunt, vt ſacerdotii & regni iura diſcernerentur. Nunc quid aliud exſpectas, quàm vt Becanus hoc priuilegium auguſtiſsimum pulchro programmate deſcribat his verbis: *Caluiniſtæ nulla lege nec diuina nec humana tenentur. nam primò à legis ira actiua & paſſiua ſunt immunes, infidelitatem eorũ, furta, cædes, idololatriam, adulteria, mendacia, regicidia, Deus non execratur, ſed amat. Deinde ab ipſa Dei iuſtitia, & æterna lege obligante liberi ſunt. Deniq; ſi omnia flagitia perpetrant, legaliter quidem rei, ſed Euangelicè iuſti:* imò integrè beatificati ſunt.

Habes, honorande frater, dolores meos & lachrymas quotidianas; fratrum noſtrorum certamina, ſcandala Eccleſiarum, cõſcientiarum perturbationes, improperia Papiſtarum: vnde crebræ ad eos defectiones, & ſunt, quibus ſolis, in Britannia nititur noſtra pietas, pœnæ ciuiles minus efficaces. Accedit alterum maius opinione malum, præſidio defenſionum duarum

deiecti

deiecti ſumus. Nam & calumniæ apertiſſimæ tot iam patuerunt, vt artificioſæ & probabiles fidem perdiderint, vt nobis multa maiora queant reponere reuera facta noſtrorum, quam nos contra illos fingere, vt nuper Princeps magnus publico nos elogio infamârit: *Quod Caluiniſtæ fecerunt*, dicebat, Catholicis imponere conantur, vt compendio malitiæ, & ſua tegant, & aduerſarios traducant.

Deinde, prætextu ſcripturarum, ſi non perſuaſimus, ſaltem fucum fecimus. nunc verò cùm ad ſcripturas prouocamus, etiam pueri quærunt, Quales? an Caluinizatas? & priuato ſpiritu regulatas? veſtrates enim credunt, nos omnes ſcripturas aut verſione tollere, aut interpretatione adulterare. Quid igitur ſupereſt conſilii? Quod Rex noſter dat, omnes Papiſtas exurere, carnes eorũ manducare. Germanicè vertenda oratio bellica Graſeri, illa tua data Principibus noſtris præcepta iteranda, ſi ignaui ſint, & lentiores Principes, eorum Pædagogi excitandi, vt illis occiſis, zeloſum ſubſtituant. Adhibendi in conſilium politici, prudentes, ζηλωταί. Omnibus inculcandum ſeriò, *in Antichriſtum, & eius clientelam, nullum ſupplicium iniquum eſſe, aut nimium.* omnia cum illis fœdera peccatum τὸ *regnans.* Nullas, quæ contra eos

conci-

concipiuntur fraudes , esse peccatum τὸ *regnans*. Cum Arianis, Socinianis, Forstianis, Lutheranis, etiam Anabaptistis, faciendas inducias , dum Papistæ pelluntur. Nam deinde Arianos igne, Socinianos gladio facilè tollemus. Anabaptistas tondebimus, & deglubemus, Lutheranos sensim exilio multabimus, vt Dantisci, Bremæ, Heidelbergæ, alibi factum, increscunt nostri in vrbibus liberis sensim, & gloriantur, non deesse in nobilissimis Germaniæ emporiis patronos, Lutheranos frigere, suadeo συγκρητισμὸν, quo tutò deinde omnia subiiciamus. DEVS opt. max. eo dirigat consilia vestra, vt & recti viuatis, & in τῷ ψευδολογεῖν sitis cautiores. Datum illo ipso loco, in quo securi percussa est mater Regis nostri; die, quo Regem in vtero matris occidere nisi sunt Puritani. Horâ qua liliatus est cauterio Caluinus.

Tuæ honorificentissimæ Amplitudinis ὁ κοσμήτωρ

Simonianus Rittingindonus.